Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵ τε διδοῦσι
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.]
Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους,
Ὠκεανοῦ κούρη, πολυήρατον εἶδος ἔχουσας,
Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν·
τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἵβετο δερκομενάων
λυσιμελής, καλὸν δὲ ὑπ' ὀφρύσι δερκιόωνται.
Αὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης ἐς λέχος ἦλθεν·
ἣ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεύς
ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρὸς, ἔδωκε δὲ μητίετα Ζεύς.
Μνημοσύνης δ' ἐξαῦτις ἐράσσατο καλλικόμοιο,
ἐξ ἧς αἱ Μοῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο
ἐννέα, τῆσιν ἄδον θαλίαι, καὶ τέρψις ἀοιδῆς.
Λητὼ δ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
ἱμερόεντα γόνον περὶ πάντων Οὐρανιώνων,
γείνατ' ἄρ', αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.

Λοισθο-

Λοισθοτάτην δ' Ἥρην θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν·
ἡ δ' Ἥβην, καὶ Ἄρηα, καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτε,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι θεῶν βασιλῆϊ καὶ ἀνδρῶν.
Αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα Τριτογένειαν,
δεινὴν, ἐγρεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
πότνιαν, ἣ κέλαδοί τε ἄδην, πόλεμοί τε, μάχαι τε.
Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν οὐ φιλότητι μιγεῖσα
γείνατο, (καὶ ζαμένησε, καὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ)
ἐκ πάντων τέχνῃσι κεκασμένον Οὐρανιώνων.
Ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ ἐρικτύπου Ἐννοσιγαίου
Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας, ὅστε θαλάσσης
πυθμέν' ἔχων, παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ ἄνακτι
ναίει χρυσέα δῶ, δεινὸς θεός. αὐτὰρ Ἄρηϊ
ξυστόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν
δεινούς, οἵ τ' ἀνδρῶν πυκινὰς κλονέουσι φάλαγγας
ἐν πολέμῳ κρυόεντι σὺν Ἄρηϊ πτολιπόρθῳ·
Ἁρμονίην θ', ἣν Κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκοιτιν.
Ζηνὶ δ' ἄρ' Ἀτλαντὶς Μαίη τέκε κύδιμον Ἑρμῆν,
κήρυκ' ἀθανάτων, ἱερὸν λέχος εἰσαναβᾶσα.
Καδμείῃ δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι, Διώνυσον πολυγηθέα,
ἀθάνατον θνητή· νῦν δ' ἀμφότεροι θεοί εἰσιν.
Ἀλκμήνη δ' ἄρ' ἔτικτε βίην Ἡρακληείην,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἀγλαΐην δ' Ἥφαιστος ἀγακλυτὸς ἀμφιγυήεις
ὁπλοτάτην Χαρίτων θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.
χρυσοκόμης δὲ Διώνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην,
κούρην Μίνωος, θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.

τὴν

τὴν δὲ οἱ ἀθάνατον καὶ ἄγηρω θῆκε Κρονίων.
Ἥβην δ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς,
ἷς Ἡρακλῆος, τελέσας στονόεντας ἀέθλους,
παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου,
αἰδοίην θέτ' ἄκοιτιν ἐν Οὐλύμπῳ νιφόεντι·
ὄλβιος! ὃς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσσας,
ναίει ἀπήμαντος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ Ὠκεανίνη
Περσηὶς Κίρκην τε καὶ Αἰήτην βασιλῆα.
Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου Ἠελίοιο
κούρην Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
γῆμε, θεῶν βουλῇσιν, Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον.
ἡ δε οἱ Μήδειαν ἐΰσφυρον ἐν φιλότητι
γείνατ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Ὑμεῖς μὲν νῦν χαίρετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες!
[νῆσοί τ', ἠπειροί τε καὶ ἁλμυρὸς ἔνδοθι πόντος.]
νῦν δὲ θεάων φῦλον ἀείσατε, ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο!
ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
ἀθάνατοι, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.
Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωι μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι,
νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ,
ἐσθλόν· ὃς εἶσ' ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
πᾶσαν· τῷ δὲ τυχόντι, καὶ οὔ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται,
τόνδ' ἄφνειον ἔθηκε, πολὺν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον.
Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη, θυγάτηρ χρυσῆς Ἀφροδίτης,

Ἰνὼ

Ἰνὼ καὶ Σεμέλην, καὶ Ἀγαυὴν καλλιπάρῃον,
Αὐτονόην θ', ἣν γῆμεν Ἀριστᾶιος βαθυχαίτης,
γείνατο, καὶ Πολύδωρον ἐϋστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ.
[Κούρη δ' Ὠκεανοῦ Χρυσάορι καρτερόθυμῳ
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσου Ἀφροδίτης,
Καλλιρόη τέκε παῖδα βροτῶν κάρτιστον ἁπάντων,
Γηρυονέα, τὸν κτεῖνε βίη Ἡρακληείη,
βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων ἀμφιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.]
Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν,
Αἰθιόπων βασιλῆα, καὶ Ἡμαθίωνα ἄνακτα.
αὐτάρ τοι Κεφάλῳ φιτύσατο φαίδιμον υἱόν,
ἴφθιμον Φαέθοντα, θεῖς ἐπιείκελον ἄνδρα·
τόν ῥα νέον, τέρεν ἄνθος ἔχοντ' ἐρικυδέος ἥβης,
παῖδ' ἀταλὰ φρονέοντα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ὦρτ' ἀνερειψαμένη, καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς
νηποίνον μύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον.
Κούρην δ' Αἰήταο διστρεφέος βασιλῆος
Αἰσονίδης, βουλῇσι θεῶν αἰειγενετάων,
ἦγε παρ' Αἰήτου, τελέσας στονόεντας ἀέθλους,
τοὺς πολλοὺς ἐπέτελλε μέγας βασιλεὺς ὑπερήνωρ,
ὑβριστὴς Πελίης, καὶ ἀτάσθαλος, ἐβριμοεργός.
τοὺς τελέσας ἐς Ἰωλκὸν ἀφίκετο, πολλὰ μογήσας,
ὠκείης ἐπὶ νηὸς ἄγων ἑλικώπιδα κούρην,
Αἰσονίδης, καί μιν θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.
καί ῥ' ἤγε δμηθεῖσ' ὑπ' Ἰήσονι ποιμένι λαῶν,
Μήδειον τέκε παῖδα, τὸν οὔρεσιν ἔτρεφε Χείρων
Φιλυρίδης· μεγάλου δὲ Διὸς νόος ἐξετελεῖτο.
Αὐτὰρ Νηρῆος κοῦραι ἁλίοιο γέροντος,

ἤτοι

ἤτοι μὲν Φῶκον Ψαμάθη τέκε, δῖα θεάων,
Αἰακοῦ ἐν φιλότητι, διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην·
Πηλεῖ δὲ δμηθεῖσα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα
γείνατ' Ἀχιλλῆα ξηξήνορα, θυμολέοντα.
Αἰνείαν δ' αὖ τ' ἔτικτεν ἐϋστέφανος Κυθέρεια,
Ἀγχίσῃ ἥρωι μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι,
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ὑληέσσης.
Κίρκη δ', Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο,
γείνατ', Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι,
Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε·
οἳ δὴ τοι μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων,
πᾶσιν Τυρσηνοῖσιν ἀγακλειτοῖσιν ἄνασσον.
Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆι Καλυψὼ, δῖα θεάων,
γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
ἀθάνατα γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο!

ΤΕΛΟΣ.

OBSERVATIONES

IN

THEOGONIAM.

Quae ad textum Heſiodei carminis, quoad eius fieri potuerat, accurate expreſſum nunc adponuntur notae et emendationes, has, quippe tumultuaria opera et inter commentandi ſtudium fere natas, profecto equidem non ſic ſine lima curisque ſecundis deſcriptas e manibus dimitterem, niſi et fides ſemel data liberanda eſſet, et inſtituti ratio hoc adeo poſtularet, vt de ils ſaltem locis monerem, quae ſuſpicionem vel interpolationis vel depravatae alioquin lectionis moviſſent, et partim emendata ſtatim, partim notata a me exhibita eſſent. Sed illud ipſum, quod primum me a ſtudio his obſervationibus exarandis impertiendo plane avertere videbatur, confidentiae poſtea aliquid adtulit, nempe quod Heſiodum ex iis auctoribus eſſe ſciebam, quos nondum ea, qua opus eſt, diligentia et doctrina editorum exceperit: unde non omnino ingratum lectoribus accidere poſſe putabam, ſi quis ad eum intelligendum nonnihil contuliſſet vel mediocris adiumenti. Praeter ea in primis eorum, quorum cauſſa omnem hanc curam mihi impoſueram, commodis inſervlendum erat, familiarium dico, quibus vt veterum mythorum rationem et indolem in exemplo aliquo poetae propoſito declararem, poema hoc vnice accommodatum videbatur. Jam cum in auctore conſilio tali enarrando primum locum interpres tribuere debeat rerum explicationi, neque ad ſingula verba deſcendere poſſit, quae forte tamen minus exercitatos impediant: curandum mihi eſſe putavi, vt, ſepoſitis iis, quae ad mythicam rem expediendam pertinerent, nunc criticam et grammaticam partem ſeorſum tractarem, caetera lectionibus ipſis reſervarem. Scilicet hoc

ante omnia erit agendum, si in fabularum argumenta et rationes cum fructu inquirere volueris, vt de vera poetae sententia, ipsis verbis subiecta, et multorum locorum integritate dispicias; quod cum neglectum passim esset a multis, sua potius somnia quam veteris poetae narrationes interpretati sunt. At video nunc, in his interdum prolixiorem me esse, quam consentaneum fuisset viris doctis scribenti; neque de levioribus monere refugi: neminem tamen, qui ab editionis consilio omne suum super ea iudicium repetendum duxerit, hoc mihi vitio daturum esse spero.

Omnino vero si quis iusto commentario hanc Hesiodi particulam velit instruere, quatuor potissimum officiis satisfacere curabit: primum est, vt de contextus, quem nunc habemus, conditione deque caussis lectionis diiudicandae studiose inquirat, et ea, quae a primo carminis auctore profecta esse videntur, probabili, quantum quidem hoc fieri licet, argumento seiungat ab iis, quae dubiae auctoritatis sunt, vel seriori aevo demum illata; alterum, vt dicendi genus, quod multa habet propria et a posteriorum consuetudine abhorrentia, ex Homero aliisque Hesiodi reliquiis ac prisci sermonis natura illustret; tertium, vt graviorem in mythis narrandis et ornandis diversitatem, praesertim Homericam, conferat, quo melius constet, quae antiquissima sint mythologiae principia, sequentibus temporibus paulatim ad hunc immensum cumulum doctrinae evecta et amplificata; quartum denique, vt pro virili veteris historiae et mythologiae studiosis aperiat caussas fabularum ex vetustiore hominum loquendi modo, rerum gestarum fama aliisque rebus repetendas. Ultimum hunc arduum, fateor, et difficillimum laborem minime ab interprete negligi par est, qui recte perfungi velit munere suo, ne idem lectoribus eveniat, quod Epicuro olim traditur eveniisse, qui, cum adhuc iuvenis Grammaticum interrogasset, unde ortum esset Chaos ab Hesiodo memoratum, responsum tulit,

tulit, talia a Grammaticae profeſſione mirum quantum aliena eſſe, e philoſophorum diſputationibus haurienda *).

Itaque hac in parte, quoniam ipſe vt aliquid moverem a conſilio meo, otio, ingenio etiam alienum erat, ne provectiores ac paulo curioſiores omnino eſſent deſtituti, V. I. *Heynii* ſupra a me laudatam diſquiſitionem iterum in rem meam convertendam duxi, indeque transſcripſi, quae interiorem rerum intelligentiam adiuvare viderentur, ita vt ſuo quaeque loco inter caetera reponerem, litterae nota vbique diſtincta. Nam cum ſuper his exploratiora vix proponi poſſe exiſtimem iis, quae a viro eruditiſſimo ibi iam diſputata ſunt, vanum fuiſſet, vel eadem meis verbis exponere, vel paratis poſthabitis nova mea ingerere velle lectoribus. Neque dubito fore plures, quibus gratum hoc fecerim, quo pauciores ſint, qui ad legendam Theogoniam maiori librorum copia uti vel velint, vel propter rei familiaris tenuitatem etiam poſſint. Habebunt hi ſic quoque bonum adiumentum ſibi oblatum, vt oculo percurrere poſſint rerum ac mythorum a poeta proditorum argumenta et varietatem: quod quam fructuoſum ſit interpretationi, vel tacente me intelligitur.

De iis autem, quibus ipſe carmen hinc inde illuſtrare conatus ſum, vt verbo dicam neceſſe eſt. Contigit mihi demum poſt textum typis iam exſcriptum, vt, qui ab omnibus praeſidiis primum eſſem inops, ope amicorum quorundam et virorum erga me benevolentiſſimorum, ex quibus *Heynium* et *Reizium* Prof. Lipſ. honoris cauſſa nomino, aliquantulum diteſcerem. Nactus ita ſum principes quasdam editiones, quae, vbi meliora defecerint, primaria ſunt adminicula, inter alias *Trincavellanam* A. 1537., item *Heinſianam* A. 1603., quarum utraque rara, illa vero rariſſima eſt, nec a quoquam editorum, quod ſciam, pro merito adhuc excuſſa. Tum inſpexi etiam *Wintertoni Poetas graecos minores*, inter quos priorem

 locum

*) Rem narrant ex Apollodoro Epicureo Sextus Emp. c. Math. IX. Diogen. Laert. X. pr.

locum dedit Heſiodo. Sed his atque aliis, vt aetate, ita bonis ſuis, praeſtabilior eſt editio Trincavelli, de qua quod olim iam a quibusdam viris doctis animadverſum noram, uſu meo nunc confirmatum vidi, multis partibus textum ibi meliorem eſſe et emendatiorem, quam in poſterioribus; vt adeo lectiones, quas *Graevius* aliique pro coniecturis dederunt, ſubinde ibi iam adpareant. De fontibus quidem editionis nihil mihi comperti eſt, cum in brevi praefatione ad P. Victorium de aliis omnibus magis quam de libro ſuo egerit Trincavellus, vt dubitari poſſit, utrum verba deſcripta ſint ex antecedentibus, quas non magis examinatas eſſe reperio, an e codicibus MSS. caſtigata. Mihi vero, cui hac editione anterior aliqua ad manum non fuit, hoc, vt dixi, in ambiguo eſt, etſi poſterius magis probabile putem, quandoquidem Scholia, quae primum hic adpoſita ſunt, vix aliter quam cum textu coniuncta haberi potuerint. Utcumque hoc ſe habeat, meliores paſſim lectiones hinc enotare coepi, ab inſequente editorum grege non raro ſine cauſſa mutatas, tum Scholiorum farraginem conſului, quae licet multa habeat ieiuna, inepta et a poetae ſenſu atque conſilio alieniſſima, in votis tamen eſt, vt, adhibitis novis curis et adminiculis, vir doctus recenſum Scholiorum criticum agat, eaque denuo cum eruditis communicet. Quod ſi *Löſnerus* V. Cl. nuper a ſe promiſſum perficere vellet, nimirum multum augeret ſua in Heſiodum merita. Nam poſt Trincavellum in caeteras edd. Scholia adſumſerunt ſeriores, correcta quidem, vt prae ſe ferunt, ſaepius autem in Theogonia certe depravata, aucta tamen, vt fit, e novis libris collatis, quorum alios plura, pauciora alios exhibere Scholia, ſatis conſtat. Ita ſaepe in Heinſiana ed. leguntur manca, turbata et mutilata, quae Trincavellus offert bona, recta et emendata. Hinc ſi iis rite aliquis uti velit, uti vero omnino debebit inſtus Heſiodi interpres, ſemper inſpicere et comparare inter ſe neceſſe habet utramque editionem, adhibere

etiam

etiam, si copia est, Basileenses, unam A. 1542., alteram 1574., quas Heinsius nescio qua negligentia in exscribendis Scholiis maxime videtur sequutus esse. Sed omnino, vt in aliis auctoribus, ita et hic miris ulceribus inquinata est Scholiorum collectio, et multa occurrunt non sine studio eruenda, quae, statim cum legeris, obliviscì etiam utile duxeris. Inculcantur multa de fabularum sensu arcano putida et inutilia, licet hausta fere ex doctorum hominum libris, praesertim in allegorica enarratione, quae Joannis Diaconi nomen praefert, unde ad intelligenda mythica parum, ad emendanda poetae verba nihil utilitatis percepi. Percurri tamen hanc omnem sylvulam, vt legentium vsibus excerperem ea, quae notatu digniora essent, vel lucem adferre Hesiodi verbis possent. Atqui si quis forte miretur, cur non plura inde salutaria enotaverim, ne is culpam transferat in me, qui, si plura adfuissent consilio meo apta, otio meo non peperciſſem.

Etenim in notulis hoc unice erat propositum, etsi levi, vt aiunt, brachio res nunc agi poterat, vt orationis Hesiodeae intellectum redderem expeditiorem: quocum alterum erat coniunctum, vt de carminis genuina forma et iis, quibus laborat, interpolationibus dicerem accuratius. Hoc ab editoribus, si ab uno *Guieto* discesseris, omnibus adeo neglectum esse videbam, vt illi suspicioni ne locum in animo quidem dederint, nec, qui alias inter optimos interpretes censeri solet, *Graevius* hanc primam omnium partem attigit, cuius praeterea nonnisi pauculae exstant in Theogoniam animadversiones, nec eae reliquis admodum similes. Longe gravius adiumentum paratum hic erat *Heyniano* illo libello, in quo verbo quidem tantum pro scriptionis ratione, et caussis plerumque omissis, de insiticiis versibus monitum est, at egregii iudicii exempla proposita sunt, quibus nunc non uti maxima fuisset negligentia. Verum in hoc iam praevideo, saepe me et famam temeritatis et reprehensiones multorum esse subiturum, qui, cum de sede

ſua, quam ſemel longi quaſi temporis praeſcriptione occupa-rant, expelli rurſus viderint verſus, facile iraſcantur editori, qui haec bona ſibi ereptum eat. Adſunt vero rationes rei ſa-tis idoneae, quibus defenditur hoc conſilii, quod vt melius intelligatur, videantque iuniores, qui fieri potuerit, vt tam multis locis in carmine noſtro haec interpolationum peſtis graſſatu ſit, age, de ea re pauca commemoremus.

Corruptelarum eiusmodi, ubi veterum poetarum libri alienis verſibus aucti ſunt, haud una exſtitit origo, aliisque aliae reperiuntur fuiſſe cauſſae. Pannos modo deprehendimus tales, quales Grammatici alicuius ſeu ſcioli lectoris calamus antiquo carmini adſuit, cum ii vires ingenioli ſui et ipſi ex-periri vellent, Muſisque faventibus cum poetis contendere, verba eorum amplificando, ornando, diverſisque modis vari-ando. Debentur modo alii malae eorundem ſedulitati, per ſe quidem non culpandae, qua ad ſententiam aliquam poetae in margine codicum adpingerent ſimilia apud alios, quos tracta-viſſent, occurrentia, forte et in eadem re diverſa. Denique fuerunt etiam, qui, quae ab aliis primum explicandi cauſſa orae libri adpoſita animadverterent, pro ſtupore ſuo in ordi-nem reciperent, quamquam metro ſoluta, quae poſthac a do-ctioribus librariis numerorum vinculis adſtricta ſunt. Sic de-inde et illos ex aliis poetis recordationis ergo adſcriptos, et hos a Grammaticorum ingenio excluſos verſus in contextum migrare iuſſit ſcribarum novorum ſive oſcitantia, ſive pravum, quo iam olim ferebantur homines, ſtudium voluminum modum augendi. Agnoſcere interdum non adeo difficile eſt fetus ex hoc genere adulterinos, qui ſaepe ipſis ſordibus faſciarum, quas ſecum adhuc trahunt, cautis oculis ſeſe produnt, quan-doquidem ſic aliunde invecta ab argumento, converſione, co-lore, conſilio orationis mirum in modum abhorrent: aliis au-tem in locis fraudis huius veſtigia ſubodorari difficillimum eſt, et, vt Longini verbis utar, πολλης πειρας τελευταιον επιγευ-

νημα,

νημα. Non ſemper enim credibile eſt ab indoctis et illotis manibus illa emblemata illata eſſe, et interpoſiti ſubinde quoque ſunt praeclari aliorum loci, reique congruentes, qui, niſi eos orationis ſeries et inceſſus aliave gravior cauſſa eliminari ſuaſerit, diu locum ſuum tuti tenere poſſint. Neque huic peſti remedia ſic temere exſpectanda ſunt a bonis codicibus, cum per hos ipſos ad nos ea propagata ſit, nec nobis tam antiquos uſurpare liceat, vt male ſedulas manus nondum pati potuerint. Cujus rei documenta luculenta praebent utriusque linguae poetarum editiones, criſi adhibita factae, vt cuique, qui Virgilium ſuum, Tibullum, Horatium tantum tractaverit, iam ſatis his dixiſſe videar.

Sed in Heſiodo neque minus in Homero cum occurrunt omnia haec interpolationum diverſa genera, tum alius adhuc latet novus fons, parum a multis hodie exploratus, unde facilius etiam huius labis contagio dimanaſſe videri poteſt, ſi, quae prima aetate fuerit carminum fortuna, quaque via ante uſum litterarum paulo celebriorem illa edita primum, mox poſteritati propagata ſint, apud animum conſideres. Quae res diligenter perſpecta, niſi me omnia fallunt, eo nos adducat neceſſe eſt, vt de hoc integritatis gradu, quem ſcriptorum, manſuris chartis ſua demum inſcribentium, ſeriora monumenta obtinent, in illis prorſus deſperemus. Satis enim hoc ab iis, qui de his rebus egerunt, demonſtratum eſt, quamvis nonnulla forte reſtent, quae nondum ad liquidum perduxiſſe videantur; ſatis tamen hoc, puto, inter plurimos conveniet, Homeri, Heſiodi aliorumque illius aevi aequalium poetarum carmina per longum tempus ſolam hominum memoriam ab oblivione vindicaſſe. De hac ſcilicet ratione poematum prodendorum vehementer errares, ſi ex noſtris ingeniis noſtrisque moribus exiſtimare velles. Immo monitum dudum eſt ab aliis, quod in his ſemper animis noſtris obverſari debet, ſupra quam cuiquam nunc credibile eſt, memoriae fuiſſe vim et capacita-

pacitatem illis saeculis, ubi praeter hanc rerum inventarum thesaurum nullum in promtu haberent homines, ubi singulis prope diebus superiorum vatum carmina, quae mente tenere ad liberalem educationem tum maxime pertinebat, audiendo repetere copia esset, neque dum necesse haberent obruere memoriam tanta aliarum rerum varietate, quas doctior aetas tandem memorabiles cognituque dignas habet. In hoc ingeniorum cultu nemini mirum debet videri, si tot antiqua illud tempus attigisse legimus, quo primum scribendi artificii nunc melius exculti ope firmiori custodiae traderentur: nam multo plura Herodoti aetate adhuc exstitisse adparet, unde nobis nonnisi pauca terere concessum est. Sed an sana atque incorrupta tantam aetatem tulerint, maior quaestio est. In qua, vt iam alios corrumpendi modos praetermittam, non temere dubitationem iniiciat alicui ipsa recitationis ratio, quae mirum in modum tum viguit, Rhapsodorum curae credita. Hi igitur cum et ipsi plerumque essent poetae, (de antiquioribus loquor, non de his, quos Socratica aetas protulit, dissimillimis inter se hominibus, etsi in vulgaribus libellis omnia hic mista et conturbata videas discrimine temporum omni neglecto) cum porro illi tum multa vel eiusdem vel similis argumenti aliorum carmina animo circumferrent, neque umquam aliter nisi concitatiore spiritu et divino quasi impetu correpti versus suos effunderent, dubitare recte licebit, an iidem fuerint illorum carminum custodes satis fidi ac religiosi. Adde quod horum poetarum nondum erat elegantior comprehensio atque ambitus verborum, cui ne quid alieni iniicias vetat reliqua concinnitas orationis, immo apud eos omnia tanta simplicitate sententiis, verbis conserta sunt, omnia ita membratim et incisim procurrunt, vt alia detrahendi, alia interponendi magna facilitas esset proposita. Haec atque alia quoties animo recursant, parum invideo facilitati ne dicam credulitati eorum, si qui Homerum et Hesiodum etiam nunc

tam

tam germanos tamque integros legere ſibi videantur, quam v. c. Lucretium vel Virgilium Romanos. Suadet potius ipſa res, in illorum opera inde a proximis ſtatim temporibus haud leves interpolationes ſe inſinuaſſe, quae fieri non poterat, quin in prima, quae poſtea fiebant, exemplaria immigrarent. Atque eandem opinionem tenuiſſe crediderim primos illos poetarum emendatores, quos Ptolemaeorum aevo prodiiſſe conſtat, qui tanta audacia in emendandis ac reſtituendis his reliquiis verſari non potuiſſent, niſi propter huiuscemodi cauſſas hic maiorem vidiſſent neceſſitatem ſibi impoſitam vera a falſis, genuina a ſuppoſiticiis internoſcendi. Nam profecto eos ſub ipſa artis initia, quae fere trepida eſſe ſolent, non multum tribuiſſe reperimus huic verecundiae, quam hodie in laudibus critici primam numeramus; licet fatendum ſit, nunc parum exploratum eſſe, quas illi rationes ſequuti ſint, quasque leges corrigendi ſibi ſcripſerint.

Jam vt in viam redeam, vix ullum, qui ſemel tantum noſtrum carmen perlegerit, atque animum legendo intenderit in operis ſummam, partium ſingularum deſcriptionem, mythorum ſeriem difficili ſaepe tenore deductam, inaequalem denique rerum exhibendarum et ornandarum modum, diutius perſtare poſſe arbitror in ea ſententia, vt carmen nos teneamus tale, quale tum fuerit, cum ex ore vatis primum exceptum eſſet. Contra ipſum hoc argumentum mythicum, a variis poetis illi aetati ſupparibus tantopere celebratum, inducere homines maxime debuit, vt aliunde excerptis particulis Heſiodea locupletarent, variarent, adeoque corrumperent. Et ad hoc genus non dubitem referre maximam partem interpolationum, quas probabile eſt iam antiquiſſimis temporibus adhaeſiſſe; quare operam luderet is, qui in origine earum inveſtiganda valde laboraret. Neque tamen ſolum interpolando, ſed et omittendo corruperunt Heſiodum librarii vel iam antea Rhapſodi, cuius rei non obſcuriora veſtigia pluribus locis ad-

 parent.

parent. In his omnibus Oedipo opus eſſet, ſi quis poema antiquo ſuo nitori reſtitui vellet. Accedit huc, quod non magis coniecturis adſequi licet, quae fuerint Alexandrinorum criticorum in illud merita, et e cuius recenſione haec noſtra forma textus fluxerit. Nam nomina tantum eorum, qui in Theogoniam commentati erant, vt Cratetis, Ariſtarchi, Zenodoti aliorumque, cum paucis interpretationibus inde derivatis, e Scholiis noſtris cognoſcimus. Sic multa quidem in textum nunc notari poſſunt forte non inutilia, ſed ultra quo progrediamur, quam vt veriſimilia videamus, non habemus: neque haec ratio criticam exercendi in antiquiſſimis poetis ita adhuc regulis exemplisque editorum firmata eſt, vt, quid agendum audendumve ſit novo interpreti, ſatis conveniat. In hac igitur trepidatione hoc conſilium ceperam, vt ea, quae ſuſpecta occurrerent, ſive ab aliis ſive a me ipſo obſervata, uncinis includerem, de quibus deinde in notis adferrem cauſſas, quibus coniectura niteretur. Adhibui nunc quoque admonitiones, a viris doctis paſſim aliis libris adſperſas, plura forſan in hoc genere daturus, ſi melius praeparatus ad laborem me accinxiſſem. Speraveram primo etiam, Heſiodi lectioni reſtituendae haud pauca ſalubria erui poſſe ex aliis auctoribus graecis, in primis Scholiaſtis, a quibus verſus Heſiodeos adferri meminiſſem: ſed ſtudio meo fructus non reſpondit. Videbantur plerique in libris ſuis nullam aliam lectionem ante oculos habuiſſe, quam quae hodie editiones noſtrae praeferunt; neque multum auctoritatis tribui poterat ſcriptoribus illis in laudando carmine tam remotae antiquitatis. Quodſi conſultum foret, hinc augere vitiorum varietatem, multa adhuc adponere poſſem; ſed aliorum manibus hanc egregiam meſſem integram relinquere melius eſt. Atque noſtro tempore is quoque gratiam mereri debet, qui aliqua ſecum ſervat, quae dare poſſit, non tantum, qui undecumque congeſta cumulando bonis chartulis minime parcendum putat.

Haec

Haec hactenus. Alia, de quibus diſpicere primum conſtitutum erat, vt de auctore, conſilio et auctoritate carminis, nunc omnino intacta a me relinquenda ſunt. Nec minus in caeteris plurima ſunt, quae perpolire et rectius conſtituere futuri editoris erit. Equidem ſatis habui, hac occaſione oblata ita uti, vt aliqua ratione Theogoniae lectio adiuvaretur. Scr. menſe Febr. 1784.

OBSERVATIONES.

V. 1. ſeqq. Priores centum quindecim verſus, qui prooemium quaſi aliquod Theogoniae conſtituunt, omnes fere in laudibus Muſarum praedicandis conſumuntur, quibus tandem a v. 104. invocatio earum in cantum ſubiecta eſt. Heſiodo hanc ſtatim carminis partem abiudicarunt viri quidam docti, in quo praeivit iis Guietus, moroſus homo, qui ſaepe tamen ſubtilitatem iudicii haud vulgarem in rimandis verſibus alienis prodidit. Cuius vero ſuſpicionis quum nullas rationes allatas videas, auctoritate ſcriptorum, qui verſus ex his tamquam Heſiodeos adducunt, uti aliquis poſſit ad labefactandam coniecturae illius fidem. Et laudatur quidem non paucis haec particula, ſeu argumentum eius reſpicitur, unde nonnullos poſthac indicabo, plures addi poſſunt, vt auct. Culicis v. 95. Diodor. IV, 7. Maximus Tyr. Diſſ. 38. ed. Dav., vt de Grammaticis taceam. Verum hoc auctorum, tanto annorum intervallo a poeta diſiunctorum, conſenſu an omnino conſici poſſit res, eo valdius dubites, quod iam antiquiore aevo adſuta haec, a vetuſto certe poeta profecta, credere nos cogunt tractationis modus, inceſſus et argumentum. Neque contra ad totum prooemium Heſiodo reddendum ſatis valere debet hoc, quod a v. 22., ubi Muſarum chorus cum vate agens inducitur, omnia ita narrata et expoſita ſunt, vt ex Heſiodi ipſius perſona dicta videri debeant. Eſt enim haec antiquiſſima nec obſcura fabula, quam vel ab aliena manu ita eſſe tractatam, probabili

iudicio

iudicio ſuſpicari liceret. Sed vt ipſe, quod ſentio, breviter dicam, videor mihi in his deprehendere eiusmodi προοιμιον, qualia olim Rhapſodi, priusquam ad aliorum carmina recitanda progrederentur, a ſemet ipſis compoſita praemittere ſolebant. Notiſſimus eſt in hanc rem locus Pindari N. II. pr. eiusque Schol. Continebant vt plurimum haec προοιμια deorum dearumque, in his etiam Muſarum, laudes, epicis verſibus celebratas: eaque, cum ſaepius repeterentur, et ab aliis quoque recitatoribus antiquis carminibus praefigerentur, minime mirum videri debet, ſi ſuperiorum poetarum επεσι temporis ſucceſſu penitus adhaeſerunt, adeoque illorum nomina ſibi adſciverunt. Talem igitur Hymnum et hanc pro caetero carminis modulo nimis longam praefationem habeam, niſi dicere malis, ex pluribus eius generis carminibus haec conglutinata eſſe, neque integra nunc haberi. Hiant enim inter ſe ſententiae, abrupta ſunt non pauca, alia ab Homero mutuata ſunt, eademque mox aliis atque aliis modis variata. Eandem fere opinionem, non improbabilem forte, diu eſt quum de Homericis Hymnis mecum agitavi, ſed de his alio loco commodius agetur. Super fabula Muſarum nemo ſubtilius diſputavit Heynio in libello academico: *De litterarum inter antiquiores Graecos conditione, quatenus illa e Muſarum aliisque deorum nominibus muniisque intelligitur.*

3. περι κρηνην ιοειδεα. E pluribus, quae huic epitheto explicando adferuntur ab Heſychio et Schol. ad h. l., hanc vim optime huc convenire putabat Graevius, vt κρηνη ιοειδης ſit *fons cinctus violis*, vel *in agro florido ſitus*, ιοις περιπεφυκμενη, ανθωδης, et ſic iam antiquos interpretes vocabulum cepiſſe docet ex Etymol. M. p. 473. l. 10.: ιον· ονομα βοτανης, το ανθος· και Ησιοδος περι κρηνην ιοειδεα, αντι του την ανθωδη. Non video tamen, cur a propria et conſueta vocis poteſtate recedamus, qua ιοειδες dicitur, quod τον ιον h. *violae* ειδος habet. Iam cum violarum ſpecies nigro quoque colore eſſet, quod vel ex Theocrito

crito X, 28. et huius interprete Virgil. Ecl. X, 39. notiſſimum eſt, ιοειδης pro μελας adhiberi potuit, quod et compoſita ιοπλοκαμος, ιοβλεφαρος caeteraque oſtendunt. Itaque ſaepe apud Homerum et in ipſo hoc carmine v. 844. ποντος ιοειδης occurrit, vt lat. *mare caeruleum*, cum alias ſit ποντος περοειδης eadem vi. Sed in fonte, ait Graevius, laudaveris potius liquidas et argento puriores aquas, quam nigras, turbidas, limoſas. Piget profecto argutiarum, quas nobis non obtruſiſſet vir doctiſmus, ſi meminiſſet loca Homerica, ubi etiam κρηνη μελανυδρος eſt, cuius exemplo et aliarum linguarum poetae non raro *caeruleos* vel *nigricantes fontes* laudant, quippe qui color plerumque puritatem, copiam et profunditatem aquae ſequi ſolet. Caeterum intelligere hic poſſumus Hippocrenen aut Aganippen, aut alium fontem ex iis, qui ſtatim nominantur. Hi omnes ex Helicone deſcendebant.

4. ορχευνταϛ. Legitur huius loco λουσαντο in Etymol. M. p. 604. l. 5. Male.

5. Περμησσοιο intell. ὑδατι hic et verſu ſeq., vt ap. Hom. Il. ε, 6.

Λαμπρον παμφαινησι λελουμενος Ωκεανοιο.

Quod Περμησσοιο dedimus, in eo non tam edd. veteres, quae Τερμησσοιο exhibent ſollenni errore, quam antiquioris ſcripturae rationem ſequuti ſumus. Vide, ſi tanti eſt, not. noſtram ad Sympoſ. Plat. p. 15.

6. Ολμειου ζαθεοιο. Schol. Ολμειος ποταμος εν Ἑλικωνι της Βοιωτιας, απο Ολμειου του Σισυφου παιδος. Minus frequentatus a poetis Olmius memoratur tamen a Strabone IX. p. 624. Και ὁ Περμησσος τε και ὁ Ολμειος εκ του Ἑλικωνος συμβαλλοντες αλληλοις, εις την αυτην εμπιπτουσι λιμνην την Κωπαϊδα του Ἁλιαρτου πλησιον.

9. κεκαλ. ηερι πολλη. Hanc plurimarum vett. edd. ſcripturam revocavi, quam temere e membranis ſuis Robinſon mutavit in πολλῳ, quia putabat, το αηρ maſculino genere uſurpari

pari frequentius. Quod quamuis verum ſit, utroque tamen genere vocabulum a Graecis ponitur, quod et Latini antiquiores imitati ſunt, vt Ennius, qui voc. *aer* femininum etiam adhibuit. v. Gell. XIII, 20. Nec pro diverſo ſignificatu genus variaſſe Graeci putandi ſunt, qui vulgaris error videtur, ſi quidem vel minime propriam vim exuit vocabulum, ubi de caligine intelligi licet. Vetuſtioribus tamen Graecis femininum magis uſitatum fuiſſe, oſtendit uſus Homericus, cui ſubiiciendi et ii loci ſunt, in quibus ἠερα πουλυν ſcribitur, vt Il. ε, 776. ϑ, 50. ibi enim πουλυν femininum ionicum eſt. v. Euſtath. p. 607. Rom. ed. Ideo Homericam rationem, quam librariorum levem auctoritatem ſequi malui. Alia docet d'Orville in Vann. crit. p. 108.

10. ἐννυχιαι. Iniquior in bonum vatem Clericus eſt, qui hoc eo commentum eſſe Heſiodum dicit, ne pateſceret ſcilicet mendacium eius, cui obiici poterat, Muſas a nemine conſpectas. Equidem hoc ἐννυχιαι aliquando dictum putavi pro ἠερα ἐσσαμεναι, νεφελῃ εἰλυμεναι, *obſcuro circumdatae nimbo* (Virg. Aen. XII, 416.), ita vt ἐπεξηγητικως verſui proximo adpoſitum ſit. Tali habitu deos ſaepe indutos in terra incedere, qui Homerum legit, quis neſcit? Eandem tunc haberemus hic ſermonis abundantiam, quam in Virgilio Aen. I, 411.

At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit,
Et multo nebulae circum dea fudit amictu.

Nunc magis probo Scholiaſtae rationem: ᾀδουσαι πορευονται δι' ὅλης της νυκτος, inductus maxime Apollonii loco I, 1225., ubi de Nymphis eſt

Ἀρτεμιν ἐννυχιῃσιν ἀει μελπεσϑαι ἀοιδαις.

12. χρυσεοισι πεδιλοις εμβεβαυιαν. Idem hoc eſt, quod alibi Ἡρη χρυσοπεδιλος, neque de magnifico Junonis inceſſu hic cogitarem.

22. Αἱ νυ ποϑ' Ἡσιοδον — ἀοιδην. Ἡσιοδον pro εμε, quod ſimplicitatem quandam redolet. Schol. minus apte laudat Hom. Il. α, 240. ubi Achilles:

Η ποτ' Αχιλληος ποδη ἰξεται υἱας Αχαιων.

Narrationem ipſam de Muſis Heſiodo adparentibus ſeriores ſcriptores celebrarunt. Alludit inter alios Ovidius duobus locis. Faſt. VI, 13.

Ecce deas vidi, non quas praeceptor arandi
Viderat, Aſcraeas cum ſequeretur oves.

et in Arte I, 27.

Nec mihi ſunt viſae Clio Cliusque ſorores,
Paſcenti pecudes vallibus, Aſcra, tuis!

Caeterum ad Opp. et D. v. 659. notarunt Interpretes, repugnantia ibi narrari iis, quae h. l. legantur; quippe illo loco ſe in certamine Chalcidico, unde victor tripodem reportaverit, a Muſis primum edoctum vatem adfirmare, hic vero ad Heliconem. Verſus ſunt:

ενθα με φημι
ὑμνῳ νικησαντα φερειν τριποδ' ωτωεντα.
τον μεν εγω Μουσης Ἑλικωνιαδεσσ' ανεθηκα,
ενθα με το πρωτον λιγυρης επεβησαν αοιδης.

In quibus ſenſum ultimi verſus ſtudioſe contorquet Robinſon, vt utrumque locum conciliet. Faciliori negotio expedire nos poſſumus, ſi modo Μουσης Ἑλικωνιαδεσσι αν. accipiamus dictum pro Μ. εν τῳ Ἑλικωνι ανεθηκα. Tunc ενθα, quod ſequitur, habebit quo referatur, et totus verſiculus Theogoniae fabulam confirmabit.

26. Ποιμενες αγραυλοι — γαστερες οιον· τροφης μονης επιμελουμενοι, ὡς Ἡσιοδος εν τῃ Θεογονιᾳ. Heſychius. Similis illa increpatio Epimenidis, qua Paulus utitur:

Κρητες αει ψευσται, κακα θηρια, γαστερες αργαι.

Qualia ex illa rudioris aevi ſimplicitate aeſtimari debent. Sed n hoc plurali, quo compellitur vates, nullum interpretem haeſiſſe mirarer, ſi omnino aliquis cum cura pleniore et grammatica Heſiodum tractaſſet. Dici quidem poſſit aliquid, quo numerus iſte commendetur: at vereor, ne verſum habeamus

ex

ex alio poeta huc traductum, postquam genuina verba interciderant. Cui suspicioni fides maior accedit ab auctoritate Apollonii Rhodii, qui in Theogoniam forte aliquid commentatus erat, a Schol. ad h. v. allata: Απολλωνιος μεν ὁ Ῥοδιος λειπειν τον πρωτον στιχον φησιν. Addit homo simplex: ου λειπει, αλλ' εστι· Ποιμενες αγρ. κ. ε. γ. ο. Ex quibus aliquis adduci possit, vt credat, versiculum hunc post Apollonii demum aetatem vel confictum vel additum esse.

28. μυθησασθαι. Aliam lectionem adfert Schol. γηρυσασθαι, quam vt exquisitiorem praefert Graevius. Si hoc in textu fuisset, forte illud maluisset. In Homero numquam obvium est γηρυειν, nisi in Hymnis. Habet tamen Hesiod. in Εργ. v. 260. quem loc. Graevius laudat. Equidem cur mutem aliquid, non video.

29. αρτιεπειαι. Non *veridicae* h. l. verterim, quod vel ipsi Musarum professioni repugnat. Potius *praeclare canentes*, κουραι ηδυεπεις.

30. σκηπτρον εδον — De sceptro h. e. baculo ligneo, modo nudo, modo auro distincto, quod heroicis temporibus non regum solum, sed omnium, quicumque maiori aliqua dignitate ornati verba facerent, vt legatorum, κηρυκων, sacerdotum, adeoque etiam vatum gestamen erat, pluribus disputare huius loci non est. Mentionem rei saepius facit Homerus, nusquam tamen apud eum sceptrum του αοιδου insigne est, etsi huc recte trahi possit loc. de Tiresia Od. λ, 90., ubi is apud inferos in Ulyssis conspectum venit, χρυσεον σκηπτρον εχων. Vatum enim et αοιδων personas et munera illa aetate parum discreta inter se fuisse, et aliunde satis constat, et patet maxime e v. 32. et 38., ubi iisdem paene verbis de se ipso deque Musis loquitur Hesiodus, quibus Homerus de Calchante Il. α, 70. Unde etiam Apollinem in mythis habemus carminis pariter et vaticinii deum. Sed notae rei non immorandum. Quod lauri ramum pro sceptro vates accipit, recte causam Schol. quaerit

in

in eo, quod harum arborum in primis magnus circa Heliconem proventus fuerit. Aliae si adfuissent, aliam frondem ei Musae dedissent. Explicandus vero hinc forte Rhapsodorum mos, vt carmina sua recitantes ex lauri ramo baculum manu tenerent. v. Eustath. ad Il. α. p. 6. et Pausan. IX. p. 768., qui locum nostrum respicit, notante Salmas. in Plinianis p. 609., ubi plura in hanc rem disputantur.

31. δρεψασαι. Vulgatae lectionis, quae haec erat:

καὶ μοι σκηπτρον ἐδον, δαφνης εριθηλεος ὀζον,
δρεψασθαι θητον

interpretationem nemini interpretum subiicere placuit. Equidem nullam commodam exsculpo. Nam quid est ὀζος θητος δρεψασθαι, *ramus mirabilis decerptu?* Qui tandem ramus spectabilis vel eximius est, dum decerpitur? At alia forte via lectioni succurrendum, et explicandum: *Dabant mihi Musae sceptrum, ἐδον ὡστε δρεψασθαι ὀζ. θ., ita vt ipsae simul decerperent ramum*, vel sic: *permittebant, vt ipse vates eum decerperem.* Neutra tamen ratio placet, et haerebit semper scabri aliquid, ni vulgata deseratur. E varia medicina, quae ad manum erat, leniſſimam praetuli, una tantum litterula abiecta reponendo δρεψασαι, deleta, simul prava interpunctione post ὀζον. Scribi etiam possit δρεψαμεναι; sed antiquioribus activum magis usitatum esse, recte notat Eustath. ad Od. α. s. fin. Nihil nunc clarius est. *Praebent Musae vati sceptrum, lauri ramum decerpentes.* Emendationem postea egregie confirmari vidi ab epigrammate Asclepiadis Samii in Anal. Brunckian. T. I. p. 218., unde certo adparet, sic olim lectum fuisse:

Αυται ποιμαινοντα μεσαμβρινα μηλα σε Μουσαι
εδρακον εν κραναοις ουρεσιν, Ἡσιοδε!
καὶ σοι καλλιπετηλον, ερυσσαμεναι περι πασαι,
ωρεξαν δαφνας ἱερον καρεμονα,
δωκαν δε κρανας Ἑλικωνιδος ενθεον ὑδωρ,
το πτανου πωλου προσθεν εκοψεν ονυξ,

οὐ συ κορεσσαμενος, μακαρων γενος εργα τε μολπαις
και γενος αρχαιων εγραφες ἡμιθεων.

32. θειην, ὡστε κλυοιμι — Verſum inſiticium putat Guietus, qua cauſſa, non addit, neque ipſe eam divinare poſſum. Sed refingenda erant verba, et pro inepto ὡστε κλυοιμι ſcribendum vel ὡστε κλειοιμι (nam prima ſyllaba in κλειοιμι corripi etiam potuit,) vel ὡς κλειοιμι, quod Robinſ. ex MSS. dedit. Firmat hanc lectionem Lucian. Διαλεξ. πρ. Ἡσιοδ. in princ., ubi ſic alludit loco, vt, quid in ſuo codice habuerit, ſatis adpareat. Verba ſunt: Αλλα ποιητην μεν αριστον ειναι σε, Ἡσιοδε, και τουτο παρα Μουσων λαβειν μετα της δαφνης, αυτος τε δεικνυεις εν οἷς ποιεις, ενθεα γαρ, και σεμνα παντα, καὶ ἡμεις πιστευομεν οὕτως εχειν· εκεινο δε απορησαι αξιον, τι δηποτε προειπων ὑπερ σαυτου, ὡς δια τουτο λαβοις την θεσπεσιην εκεινην ᾠδην παρα των θεων, ὁπως κλειοις και ὑμνοιης τα παρεληλυθοτα, καὶ θεσπιζοις τα εσομενα, θατερον μεν και παυ εντελως εξενηνοχας etc. T. III. p. 240. ed. Reitz.

34. πρωτον τε καὶ ὑστερον. Sic loqui vetus ſermo amat, ubi nos dicimus *ſemper et indefeſſe*. V. ad v. 48. Sed uſitatius in hac loquutione et hoc quoque loco forte rectius eſt πρωτον τε και ὑστατον. Ita in Fragm. Hymni Hom. in Apoll.

σε δ' αοιδος εχων Φορμιγγα λιγειαν
ἡδυεπης πρωτον τε και ὑστατον αιεν αειδει.

In Theognideis v. 3.

αιει πρωτον τε και ὑστατον εν τε μεσοισιν
αεισω — — —

et ſaepe alibi.

35. ἀλλα τιη — πετρην; Poſſit hoc aliquis forte ſic interpretari, vt ſit: *Quorſum nunc tam alieno loco occupor in narrandis iis, quae olim ad quercum et petram, ſub Helicone ſcilicet, facta ſunt?* Sed proverbialem hanc formam eſſe, in Scholiis monitum, quod confirmatur loco Homerico Il. χ, 126. unde dicti vim, quae in Heſiodo e ſolo ſententiarum nexu obſcurius colligi poteſt,

poteſt, paullo clarius haurire licebit. Ibi de Achille irato Hector ait:

> Ου μεν πως νυν εστιν απο δρυος ουδ' απο πετρης
> τω οαριζεμεναι, ἁτε παρθενος ηϊθεος τε,
> παρθενος ηϊθεος τ' οαριζετον αλληλοισιν.

In quo loco, vt hoc obiter moneam, verſus extremus e gloſſa irrepſiſſe videtur, cum ellipſin verbi ad παρθενος ηϊθεος τε v. 127. intelligendi aliquis in margine notaſſet: quo corruptelae genere multos poetarum locos infectos eſſe ſupra monui. Certe parum opportune hic a Grammaticis pathos neſcio quod in επαναφορα quaeritur. Verba ipſa, quamvis in diverſa abeant Homeri Intpp., ſi orationis maxime conſilium ſpectes, vix alium ſenſum habere poterunt, quam hunc: *Cum Achille iam non otioſe, non ſecure confabulari licere*, (*man dürfe mit ihm nicht ſcherzen.*) Securi enim ab inſidiis tutique ſedent, qui in editiore loco conſtituti, vt in arbore ſeu rupe, ſermones inter ſe conferunt. Ductum hoc eſſe ex antiquiſſimorum morum et rudioris vitae generis ſimplicitate, facile intelligitur. V. Schol. min. et Euſtath. ad h. l. p. 1262., qui tamen cum aliis multis in eo peccat, quod aliud proverbium Od. τ, 163. cum noſtro confundit, alteriusque ex altero explicationem quaerit. Iam haec ſi ad noſtrum locum adplicemus, hanc fere vim ineſſe verbis videbimus: *Sed quid in his, quae ad eam rem, quam tracto, minus faciunt, tam diu velut otioſus moror?* Et ſic quoque ſententiam is cepiſſe videtur, cuius nota in Schol. legitur haec: Παροιμια, ὁταν τις καιρου τινος αυτον κατεπειγοντος περι αλλων λεγειν, ὁ δε ταυτα αφεις αλλοις χρηται. και ουτως ουν αφεις περι των προκειμενων αυτῳ λεγειν, ητοι της των θεων γενησεως, ὁπως αὐτῳ αἱ Μουσαι δαφνης εδωκαν κλαδον, λεγει. Quamquam poſt omnia illa infitiari nolo, in noſtro carmine hanc converſionem aliquid contorti et invenuſti habere, et verſum, ſi abeſſet, equidem non deſiderarem.

36. τυνη. Parum liquet, quo referendum ſit *hoc tu*, niſi cum Schol. dicas, ſe ipſum alloqui et excitare poetam. Το δε τυνη προς εαυτον φησι κατα αρχαϊσμον, αντι του συ, ω Ησιοδε! Quod quam durum ſit apud noſtrum, nemo non videt, ferendum utique in Lyrico, ut ap. Pind. Ol. 1, 5.

ει δ' αεθλα γαρυεν
ελδεαι, φιλον ητορ —

Hinc ſubeſſe mendum putabat Guietus, et corr. τοιννυ, quae correctio male ceſſit viro ſagaci. Plane inſolens haec particula antiquioribus poetis eſt, et atticis magis ſcriptoribus propria, apud quos tamen primum locum numquam tenet. Aliud igitur quaerendum, quamquam medela lubrica ſit, cum anteh.v. forſan etiam intercidiſſe aliquid videri poſſit, quo illud τυνη ſpectaverat.

40. γελᾳ δε τε δωματα πατρος. *Jovis caeterorumque deorum in Olympo coenatio plena erat gaudii et laetitiae.* Ita verbum γελᾳν antiquo ſermone ponitur. Vt Theognid. v. 9. εγελασσε δε Γαια πελωρη, loco iam ab aliis collato. Ipſum deorum in monte Olympo domicilium ad modum nobiliorum illius aetatis aedium, ſicut eas ex Homero cognoſcimus, deſcriptum animo informandum eſt; nec ibi in ſollenni confeſſu vel inter epulandum cithara et cantu a Muſis edito carent. In quo ipſo mores heroum adumbratos eſſe conſtat.

43. δωματα τ' αθανατων correxit Winterton, ſola hac cauſſa, vt hiatum vitaret, qui ex eiusdem vocalis concurſu oritur. Mox verſ. ſeq. θεων una ſyllaba enunciandum eſt, quo nihil frequentius in poetis. Quo magis mirum eſt, in errorem hoc tamen induxiſſe librarios, vt ſaepe ſyllabam prorſus omiſerint, aliove modo corruperint textum, vt pluribus locis ap. Homerum adhuc videmus. Exempla ſunt Il. υ, 42.

Τεως Αχαιοι μεν μεγ' εκυδανον, ουνεκ' Αχιλλευς.

Ubi ridiculam rationem comminiſcitur Clark. Scrib. f. Τεως αρ' Αχαιοι. Similem medelam poſtulant loca Il. α, 193. ο, 539. σ, 15. et alia multa Odyſſeae. Articulus

lus ὁ enim ſic poſitus quo modo produci poſſit, non video.

45. ἐξ ἀρχης, οὑς — Meliorem diſtinctionem induxi, unice veram, quam confirmant Schol.: Γενος των θεων, οὑς ἐξ ἀρχης ετεκεν ἡ Γη καὶ ὁ Ουρανος.

48. λιγουσαι τ' ἀοιδης. Nullum nunc amplius dubium eſt, quin recte habeat vulgata lectio, pro qua multi, in his etiam Lennep. Animadv. ad Coluth. p. 2. et Erneſti ad Callimach. p. 260. reponere volebant, quod et editiones aliquot vett. exhibent, λιγουσι, nempe vt metro ſuccurrerent. At metrum non offenditur, modo ἀοιδης tamquam diſſyllabum pronuncies, prioribus tribus litteris in unam coeuntibus, vt v. 12. in χρυσειοισι, quo verſus tum efficitur ſpondaicus. Ducit eo ipſa vocis ἀοιδη contractio in ᾠδη. Et diphthongos αι et οι ſequente conſonante ab optimis poetis ſemper produci, poſt tot V. V. D. D. Bentleii, Arnaldi et aliorum diſputationes hodie ſatis notum. Senſus vero, qui idem hic eſt ac v. 34., pro vulgato illo λιγουσαι maxime pugnat, vt locis ſimilibus vix indigeas. Ut Heſiod. Fragm., quod ſervavit Euſtath. ad Il. p. 1163.

Ουρανιη δ' αρ' ετικτε Λινον πολυηρατον υἱον,
ὁν δη ὁσοι βροτοι εἰσιν ἀοιδοι καὶ κιθαρισται
παντες μεν θρηνουσιν εν ειλαπιναις τε χοροις τε,
ἀρχομενοι δε Λινον καὶ λιγοντες καλεουσιν.

Theogn. Sent. princ.

Ω ἀνα, Λητους υἱε, Διος τεκος, ουποτε σειο
λησομαι ἀρχομενος, ουδ' ἀναπαυομενος.

50. αυθις δ' ανθρωπων τε γενος — Etiam homines celebrant Muſae. Quis hoc umquam fando audivit? Attamen ſi reputemus, eadem carminum argumenta, quae inter ſuperioris aevi ἀοιδους maxime frequentari ſolerent, omnino Muſis in Olympo canentibus in mythis adſignari, tolli forte poterit difficultas. Cf. Hymn. Hom. in Apoll. v. 191. Dicamus igitur, a Muſis cani res geſtas heroum, viros nobiles pugnis, quibus ſaepe cum diis ipſis contende-

 rant,

rant, urbium ac gentium conditores, homines meritorum fama mox in coelum ſublatos, e quo genere plurima fuerunt illo tempore carmina. An, quia antiquiſſima aetate dii familiarius verſati eſſe inter mortales credebantur, deorum facta cum rebus hominum ita coniuncta eſſe putemus, vt, ſi illa canerentur, etiam hae negligi non poſſent? Melius quod ſtatuam, non habeo. De Gigantibus nulla difficultas. Celebratur deorum in bello contra iſtos victoria.

54. Μνημοσυνη — μελουσα. Mnemoſynen hanc *Eleutheris reginam* memorari alibi non memini. Optime tamen cum Graev. hoc ita intelligas, vt Eleutheris in primis culta fuerit Mnemoſyne, forte et templum habuerit. Eodem enim modo Ελευθηρος μελουσα dictum eſt, quo in Hymn. Hom. in Ven. v. 293. Αφροδιτη Κυπρογενης μελουσα, et ap. Horat. *Diva potens Cypri, regina Cnidi Paphique* et ſim. Paullo aliam rationem ſequitur Schol., qui adſcripſit: Και τουτο δε, δοξαν παρασχοντων τη ιδιοτου πατριδι, λεγει ὁτι εγεννηθησαν μεν αι Μουσαι εν Πιερια, ἡ δε μητηρ αυτων εκ Βοιωτιας ην. Ipſe locus Eleuther, quamvis hoc numero alias non occurrat, quin eadem ſit urbs Eleutherae, in confiniis Atticae et Boeotiae ſita, poſtea Atticae adiuncta, dubitari non debet. Meminit eius Strabo XII. p. 631. Pauſan. 1. p. 93. Steph. Byz. h. v. Etym. M. Ελευθηρ, ονομα πολεως της Βοιωτιας. Ελευθ. μελουσα. Ἡσιοδος. Ita et alia multa urbium vocabula primum ſingulari, poſt, quum ſuccedente tempore variis acceſſionibus auctae fuiſſent urbes, plurali numero uſurpari coepta ſunt. Γουνοι Ελευθηρος dicuntur vt γουνος Αθηναων ap. Hom. Od. λ, 322. τοπον καρπιμον και γονιμωτατον explicant Grammatici.

58. 9. αλλ' ὁτε — στιλεσθη. Hanc μακρολογιαν totidem fere litteris habet Hom. Od. κ, 469. (cf. Hymn. in Apoll. 349. ſq.) in quibus cave quidquam aliud quaeras, quam indolem rudioris ſermonis, qui eadem diverſis modis effert, quo melius intelligantur. Annus decem menſium eſt. Hoc ſatis notum.

notum. De voc. ὥρα usu v. doctam not. Hindenburgii ad Xen. Memor. IV, 3, 4.

60 ἡ δ' ἑτεκ' ἐννέα κούρας — Ergo omnes Musas uno partu edidit Mnemosyne. Hinc dicta Phaedro *novies foecunda.* Prol. ad III, 19. Pingue profecto commentum, eoque magis singulare, quod summo Iovi novem adeo noctes tributae sunt. Posterius hoc etiam Schol. miratus est, cuius lepida verba animi causa adscribam: Ἀπορησειεν αν τις, πως Ἡρακλης μεν εν μιᾳ νυκτι πεντηκοντα διεκορησε κορας, καὶ κυησας πεποιηκεν, ὡστε καὶ τεκειν πεντηκοντα καὶ ἓν τεκνα, της πρωτης διδυμα τεκουσης· Ζευς δε ἐννεα νυκτων εσχε χρειαν, Μνημοσυνη συγγενεσθαι προς συλληψιν των Μουσων. Verum est inter Grammatici virtutes, aliqua nescire. — Notabile praeterea, hic et alibi in Hesiodo syllabam ως in quarto casu primae declinationis corripi, quod ab Homero caeterisque poetis, nisi qui Dorismo usi sunt, numquam factum. vid. Theog. v. 267. 401. 534. 653. O. et D. 564. Ideo vero nunc mutandi erant accentus, et scribendum κοῦρας, Ἀρπυῖας et caet., quod docuit me V. C. Reizius.

62. τυτθον — *Musae haud procul a summo Heliconis cacumine natae.* Causam rei nunc frustra quaeras. Erat forte ibi locus puerperae commodus, vt antrum, vel ara aut simile quid, quod posteri in fabulam deflexerunt.

63 — 67. ενθα — ἑεισας. Uncos adposui versibus, quos ab aliena manu venisse putaveram; nunc parum abest, quin iudicii mei me poeniteat. Nam quis in hoc prooemio, quod totum forte ex variis fragmentis conflatum est, genuina ab insiticiis dignoscere satis tuto audeat? Quamquam in v. 67., qui languidum exitum habet, perque similem illi v. 65., haberem quo rationem meam defenderem: et parum moveret me, quod v. 64. citatur in Schol. ad Pind. p. 139. a. — Verba v. 65. εν θαλιης in edd., quas vidi, male iuncta habes cum superioribus, vt nullum adeo editorum offendisse videatur talis sententia: *Charites et Himeros iuxta Musas domicilia habent in con-*

viviis. Lucidior erit ſenſus, ſi, vt feci, ad ſequentia trahantur illa verba. De Gratiarum cum Muſis coniugio nota omnia, nec tamen, quod de coniuncta habitatione hic legitur, apud antiquiores facile invenias. v. Pind. Ol. XIV, 10. ſqq. unde explicandum, quae convivia h. l. intelligi debeant.

66. μελποντας παντων τε νομους και ηθεα κ. αθανατων. Quae hic ſint leges omnium, quas cantu celebrant Muſae et Gratiae, (de utrisque enim cogitandum eſſe puto) non facile dixeris, et vellem hoc nos docuiſſet Robinſon, qui longam notam ſuper voc. νομος allevit. Si divinationi locus eſſet, dicerem, eadem ratione vt v. 50. induci hic Muſas de rerum natura legibusque, quibus univerſum hoc genitum et conſtitutum ſit, canentes. Poſſit quidem hoc haberi exquiſitius pro illorum hominum facultate; ſed verum tamen eſt, a vetuſtiſſimis vatibus, qui Coſmogonias ac Theogonias condiderant, huiusmodi iam argumenta, licet horrido ſermone, et vt ingenium adhuc rude ferebat, tractata fuiſſe. Atque ita Muſarum etiam carminibus idem argumentum commode tribui poterat. Cf. ſimilem locum in Hymn. Hom. in Merc. 426. ſqq. In ηθεα κ. αθανατων minus laborandum, ſi quidem deorum vita, mores, inſtituta ſaepe epicis carminibus et multo magis Hymnis materiem praebuerunt. Cui haec non ſatisfaciunt, praetulerit is eam rationem, duram meo quidem ſenſu, vt παντων coniungat cum αθανατων, ſcribatque mutato accentu πάντων νομούς, et exponat *deorum omnium habitationem et domicilia canunt.* Sic utrumque vocabulum ap. Hom. iungitur Il. ζ, 511. μετα τ' ηθεα και νομον ἱππων.

68. αἱ τοτ' ισαν — Quando vero? Ubi primum natae erant. Hoc ſaltem in iſta verſuum colluvione tenendum eſt. Πῳ. Ολυμπον h. ad ſummum faſtigium Olympi, in quo deorum ſedes. Pro αγαλλομεναι ſuſpicari poſſis legendum αμειβομεναι ex Hom. Il. α, 604., loco cum noſtro utique comparando. Tamen et illud ſuum ſenſum habet.

71.

71. νισσομενων ad ποδων retuliſſe videntur Interpretes. Scr. νισσομενῶν, et intell. αυτων. Pedes ad patrem ſuum euntes non placent.

74. αθ. διετ. ὁμως — Scribi volebat Guiet. αθανατοις διεταξε νομοις, και επεφραδε τιμας. Quae nil niſi ingenioſa conjectura eſt.

75. Ταυτα, n. ſummam Jovis potentiam et maieſtatem. Sic certe videtur, vt nunc cohaerent verſiculi.

79. Καλλιοπη θ'· ἡ δε προφερεστατη εστιν ἁπασεων. Schol. Αριστarχος το πρεσφερεστατη ἀντι του πρεσβυτατη ηκουσεν, ὡστε αδηλον, ποτερον τῃ τιμῃ η τῳ χρονῳ προφερεστατη. οἱ δε εντιμοτατη. Inter caeteras eminet Calliope, quippe illi carminis generi in primis praefecta, quod plurimum dignitatis et celebritatis inter illos homines obtinuerat, τοις επεσι. Inde ſequuti hoc ſunt et alii, vt Dionyſ. Hymn. in Muſ. Καλλιοπεια, σοφα Μουσων προκαταγετι τερπνων. Brunck. Anal. T. II. p. 253. Noſtrum locum, nomine auctoris ſuppreſſo, Cornutus laudat de N. D. 14. Καλλιοπην μαλιστα φησιν βασιλευσιν ὁμῶ αιδοιοισιν οπηδειν.

80 — 85. ἡ γαρ — Hos ſex verſus excitari a Themiſtio Or. XI. monuit Graevius. Nonnulla ibi aliter leguntur. Caetera levia ſunt, ſed v. 81. τιμησῶσι, quod vulgato praetulerim. Reſpondebit ſic melius γεινομενον τ' εσιδωσι verſ. ſeq. — V. 83. pro αοιδην Themiſtii libri habent ερσην, quod et Scholia explicant (ερση· ἡ δροσος κυριως, νυν δε μεταφορικως το μελι), et cupide amplectebatur Graevius, poſt quem textui etiam intulere. Themiſtius hoc ερσην bene quidem declarat per δροσον γλυκειαν, και λογους εγκαρπους και ωφελιμους. Ita *ros Achaicus* pro *facundia Graecorum* in Catal. Virgil. p. 149. ed. Heyn., quem locum Graevius adducit. Attamen nondum video, cur vulgatam, quam Heſiodei codices tuentur, αοιδην omnino damnem. Senſus enim ipſa lectione ερσην parum diverſus ab altero exit; nec diverſo, ſi quid video, opus eſt. Canendi facultatem a regum illius aetatis dignitate non tam alienam eſſe,

quam vir doctus putabat, vt potius a quovis homine liberaliter educto tunc aestimari et expeti soleret, cum aliunde constare potest, tum Achillis exemplum docet ap Hom. Il. ι, 189.

88. τουνεκα — εχεφρονες sc. εισι: *ad hoc enim sapientiâ instructi sunt reges, vt* &c. Cic. de Legg. III, 2. Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt: quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur. Eclogis suis S. XLVI. intulit hunc et duo seqq. versus Io. Stobensis. Scribitur vero ibi ἑνεκεν καλοις — Mox etiam priora a v. 79. hac inutili varietate: Καλλιοπη τ' ειδει προφ. — ἡ μεν γαρ βασ. — τιμησουσι — γιγομενον τε ιδωσι — γλυκερην προχεουσιν — του δ' επη.

89. μετατροπα εργα τελευσι, h. e. *iniuria adfectis ius reddunt suum, vt quasi redeant ad eos, quae aliorum malitia ipsis erepta essent, vel damna certe resarciantur.* Similes formae sunt αντιτα εργα, παλιντιτα, εργα αεικεα, quibus mirum in modum gaudet priscus sermo.

91. sqq. Haec et ex parte etiam superiora ad verbum paene huc translata sunt ex Odyss. ϑ, 171.

οἱ δε τ' ες αυτον
τροπομενοι λευσσουσιν· ὁ δ' ασφαλεως αγορευει
αιδοι μειλιχιη, μετα δε πρεπει αγορευσιν.
ερχομενον δ' ανα αστυ ϑεον ὡς εισορωσιν.

Ideoque versus Theogoniae traiectos esse, et versum 92. melius statim collocari post 86., putat Lennep. ad Coluthum p. 50., ita vt reponat simul ex Hom. αγορευει. Valde probabile hoc videri potest, sed nihil refingendum duxi, qui ex hoc ipso suspicor, e variis variorum carminibus hos versus tumultuarie esse consutos, id quod aliis quoque argumentis credibile est. Hinc parum etiam tribuo lectioni a Schol. notatae αν' αγωνα pro ανα αστυ, quam unice rectam esse nobis persuadebat Graevius, immemor, vt videtur, Homerici loci, in quo, si eius rationes sequi velles, idem esset reponendum.

93.

93. οἷα δὲ Μουσαων Schol. duce perperam exaravi. Vulgatum erat οἷα τοι. Sed ſcr. τοιη, quod et in Winterton. ed. nunc invenio. *Tanta ſunt Muſarum dona hominibus.*

94 — 97. Et hi quatuor verſus ſub Homeri nomine eduntur inter Hymnos. Quare, cuius ex ore illi primum excepti ſint, Deus aliquis ſciverit. Vſ. 95. Homeri edd. praeferunt επι χθονι, vt in Heſiodo quoque malebat Guietus. Επι γαιαν legitur tamen etiam in Εργ. 11. Primi duo verſiculi laudantur in Schol. ad Pind. P. IV, 313. et N. III, 1. ſed nullo edito nomine. Scribitur ibi, vt in Iuntinis et Scholiis noſtris, εκ γαρ τοι Μουσαων. Saltim debebat eſſe Μουσεων.

98. ſqq. ει γαρ τις — Dulciſſimi verſus, quorum veritatem ſi recte ſentire vis, in illa tempora animus transferendus eſt, in quibus multo major poetarum vel potius αοιδων artis honos et exiſtimatio, multoque efficacior ad movendas hominum mentes carminis vis eſſe debuit, quam in noſtra hac rerum converſione eſſe poteſt. Cf. praeſtantiſſ. locos Od. ϑ, 521. ſqq. ρ, 518. ſq. et paſſim alibi. — Θυμῳ νεοκηδεϊ, praeclare adiectum. Bene Schol. ενταυθα δεικνυσι την δυναμιν της μουσικης δια το ειπειν νεοκηδεϊ ϑυμῳ· δυσκαταπαυστον το νεον παϑος. Praecipuum argumentum carminum epicorum, quibus illa aetas delectabatur, rerum a patribus geſtarum laus erat, id quod vel ex Homero notum eſt. Δυσφρονεων v. 102. pro infinito poſitum propter verbum ληϑεται, vix opus eſt monere. Ad παρετραπε denique ſuppl. αυτον, *avertunt eius curas* et *animum exhilarant cantilenae.* Haec enim ſunt δωρα ϑεων. Sic δωρα Αφροδιτης et alia.

107. δυοφερης eſt ex operarum errore. Scr. Νυκτος δυοφόρης.

112. ὡς τ' αφενος δασσαντο. Schol. Αφενος νυν την γην λεγει, τον ουρανον και την ϑαλασσαν, και ὁπως φησι διεμερισαντο. Και εχει ἑκαστος των ϑεων την ἑαυτου τιμην.

114. ταυτα μοι — αυτων. Hunc ac proximum verſum, tamquam adulterinos et iam olim a Criticis obelo notatos, uncis ſepio. Languidos eos eſſe, praeſertim vſ. 115., unusquisque facile ſentit. In cod. Pariſ., quem Cel. Ruhnken. contulit, exſtat hoc Scholion: Δυο επη ὁ Σιλευκος (Grammaticus Alexandrinus cognomine Homericus) αθετει· οἱ δε περι Αρισταρχον τον Εξ αρχης μονον λεγουσιν. Poſt αρχης inciſionem delevi, cum verba εξ αρχ. ad ſequentia potius pertineant.

116. ſqq. Continentur primis his mythis phyſica nonnulla primorum hominum, qui philoſopharentur, commenta ſuper rerum origine, ad communem veterum morem conſtituta; cum probabile videretur, ab initio informem materiam, χαος, ὑλην fuiſſe, ex qua mundus hic prodierit, hoc eſt terra, exigua adhuc ſui parte illis philoſophis cognita, et coelum, quale illud hominibus priſcis in ſenſus incurrebat, antequam de mundi aliquo ſyſtemate ſubtilius philoſophari coepiſſent. Nihil enim poteſt magis perperam factum cogitari, quam ea, quae longo demum rerum uſu, ſcientiis mathematicis et phyſicis expolitis, intelligi poſſunt, putare rudium hominum animis iliabi potuiſſe, ſaeculis illis, in quibus non ad ſenſuum vulgares rationes omnia referre non poterant. Contra aliena a priſcis aetatibus omnis illa ſubtilitas, quam melior philoſophia cum divina tum humana intulit. Nihil niſi ad ſenſus revocatum cogitatione complecti mortales rudes potuere: ad primam aliquam rerum cauſſam non facile potuere delabi. Chaos ab initio fuit. At unde hoc proveniſſet, ſorte ne cogitarunt quidem. Magis cum ſenſu oculorum coniunctum erat alterum, ab aliqua cauſſa meliorem rerum ordinem proceſſiſſe.

Heſiodus igitur primum Chaos fuiſſe narrat, tum Terram, Tartarum, Erotem. Quae eum non tam ſecundum ſubtiles rerum notiones diſpoſuiſſe, ſed collecta congeſtiſſe appareat, philoſophica ratione nulla adhibita, ſeu quod a diverſis poetis diverſa haec narrata acceperat, ſeu quod accuratius expoſita

posita ipse sine ordine ponere satis habuit. Prius illud probabilius; nam, pro diversa fingendi haec apud animum lubidine, aut ingenii facultate, variis diversisque modis prima haec rerum ratio et conditio fuit constituta: vt inter eos, qui de his egerunt, satis constat. Ex Chao alii omnia ducebant; alii cum Chao Noctem, Erebum, Tartarum coniungebant, Terra exclusa; alii ex Chao Terram et Coelum; producta autem omnia per Amorem, quo elementorum coalitionem tanto significantius declarare poterant, cum generandi et nascendi notio esset ubique frequentata; τὸ Νεικος eleganter adiiciebat Empedocles. At Hesiodus ne philosophicam quidem notionem Eroti suo adhibuisse videtur: quantum quidem ex verbis eius colligo. *H.*

Ibid. Habemus ergo in his, quibus Theogoniam ipsam orditur poeta, stricte tantum expositis, quasi Cosmogoniam aliquam graecam, ubi omnia, pro indole orationis tum nondum philosophica subtilitate subactae, in personas mutata sunt. In quibus cum ad causam omnium rerum supremam, quam in meliori Mosaica Cosmogonia videmus, non adscendisse adpareat Hesiodum, frustra argutantur Intpp. in voce εγενετο v. 116. Hanc vero de Chao πρωτον ουτι fabulam plerique alii sequuti sunt, nisi quod in Hygini praefamine Chao parens adsignatur Caligo. Caetera, quae apud nostrum una cum Chao memorantur, Terra, Tartara et Eros, non sic intelligas, quasi unum ex altero, vel omnia e primo Chao progenita sint. Quodsi hoc voluisset, certe aliter eloquutus esset vates. Nec antiqui haec ita acceperunt, vt in Platon. Symp. c. 6. manifeste docent ea, quae de Amore disputantur. Vid. tamen Schol. ad Apoll. Rhod. III, 26. Versum 118., ex male accepto παντων forsan ortum, expungendum esse viderunt iam Guietus et Heynius. Idem occurrit inf. v. 794. Accedit nunc Schol. in ed. Trincav. ad v. 117. Δια τουτο και Πλατων αιτιον του κοσμου φησι την γην εν τῳ Φαιδωνι· ὅθεν ὁ επισγομενος

μενος αθετειται στιχος. Nec videtur verſum in libris ſuis habuiſſe Chalcidius, cum latinis verſibus haec verteret Comm. in Timaeum p. 323. ed. Fabric.

Prima haec eſt Caligo, dehinc poſt Terra creata eſt,
Spirantum ſedes firmiſſima, pectore vaſto.

Caeterum totus hic locus, eodem modo quo nunc Moſaicus ille, multis philoſophorum diſputationibus de primo rerum ortu materiem olim praebuit, et laudatur hinc praeter Platonem d. l. ab Ariſtot. Metaph. I, 4. aliisque locis, Cornuto de N. D. c. 17. Sexto Emp. P. H. III, 16. c. Math. IX. p. 550. Hic de Amore ſic loquitur: Κατασκευαζοντες γαρ την των ὁλων γενεσιν, ερωτα συμπαρελαβον· τουτεστι την κινητικην καὶ συναγωγον των ὀντων αιτιαν. Cf. Schol. ad Apollon. I, 498., et quae docte collegit Beck ad Ariſtoph. Av. p. 72. Cum Heſiodo vero comp. Argon. Orph. v. 419. ſqq.

112. επιφρονα βουλην. Cornuti libri l. l. exhibent εχεφρονα βουλην. Reliqua eodem modo depravata ſunt.

123. Porro ex Chao Erebus et Nox, ex Erebo et Nocte Aether et Dies procreati; phyſicam aliquam rationem haec habere, obvium eſt. Tum Terra dicitur Coelum progenuiſſe: quo ſenſu, vix dicam. Tam ſubtile enim ingenium veterum vix fuiſſe arbitrer, vt atmoſphaeram reſpexerint: ſed videtur το γεννᾳν eam modo notionem habere, vt ad oculorum ſenſum e terrae ora extrema Coelum quaſi prodire et enaſci videri poſſit. Eodem forte quem dixi ſenſu progenuit Terra etiam Montes et Pontum. *H.*

126. ισον ἑαυτῃ: n. latitudinis vel ambitus ratione habita, quatenus hoc oculorum ſenſui ſe obiicit. Vſ. ſq. περι cum verbo καλυπτοι iunge.

128. οφρ' — αιει. Admonente Heynio verſum uncis notavi. Alienum illum hic eſſe, qui proxime praecedentem legerit, ſtatim arbitrabitur.

131.

131. πελαγος ατρυγετον. Eſt hoc, quod ſemel monuiſſe ſufficiat, inter perpetua illa epitheta, quibus ſimpliciter naturam rei exprimit vetus ſermo; quare non mirum eſt, cum tam parum acuminis habeant, ea multis hodie minus apta et tantum non abſurda videri. Mare ατρυγετον eſt, quatenus ibi nihil frugum metitur: vt adeo ſic opponatur terreſti regioni. Hinc et aetheri epitheton datur. Ad πελαγος mox per epexegeſin mythicum nomen adiectum eſt Ποντον.

138. δεινοτατος — Schol. Αριστarχος δε επιλαμβανεται, ως ου καλως του πρεσβυτερου Ουρανου θαλερου ειναι ειρημενου· ει μη ως μαλερον πυρ, το μαραντικον λεγει, και χλωρον δεος, το χλωρον ποιον, ουτως θαλερος Ουρανος, ὁ θαλεροποιος τω βιω· δια γαρ της ομβρησεως θαλλειν παντα και αυξεσθαι ποιει. ὁλα γαρ αυξεται εξ ουρανου. Senſum ineptum in enarratione ſua ſequitur Io. Diaconus, et fere ſic quoque Euſtath. θαλερον γαμον Homeri interpretatur ad Od. υ. p. 1883. Rom. Mirum utique debet videri, verſum ab Ariſtarcho non omnino eſſe eiectum, vt qui effictus ex v. 155. et inepto loco hic intruſus eſt. Ita recte Ruhnken. et Heyn. iudicabant. Ad ſeq. γεινατο ſuppl. εξ Ουρανου.

139 — 153. Et in hac et in reliqua Coeli et Terrae progenie non unius poetae philoſophantis commenta in unum genus congeſta videntur. Nam iisdem parentibus, nec tamen in Titanum numerum relati, Cyclopes nati, tum tres Centimani; quorum hi quidem, antiquo, ſed rudi ac pingui, commento capitum et manuum multitudine virium et roboris magnitudinem, forte vim et impetum violentiamque neſcio cuius rei phyſicae, aut ipſius naturae vires arguebant: ita vt ipſis locus in aliqua coſmogonia fuiſſe videatur; uti Cyclopes ab initio fulmina retuliſſe manifeſtum eſt; etſi deflexere poſtea fabulam poetae, eamque in Vulcani officinam deduxere: eorundem poetarum opera tandem in viros feros abiere Cyclopes, quibus in Aetnae vicinia ſedes aſſignatae. Narratio de uno oculo nata forte ex ipſo nomine; etſi id ab initio magnos et orbi-

orbiculatos adeoque truces oculos declaraſſe videri poteſt. Centimanis iſtis poetae mox uſi ſunt pro gigantibus, quoties vellent corpora vaſta immanibus viribus praedita in medium adducere. Ita iidem in pugna adverſus Titanas adfuiſſe dicuntur Iovi v. 644. ſqq. Briareo uſi ſunt poetae alii in pugna elementorum componenda; unde fabula ortum habuit de Iove a diis vincto, et a Briareo ſeu Aegaeone liberato, vt aether inter caetera elementa ſuperiorem locum occuparet, vi neſcio qua partum. v. Iliad. α, 403. ſq. *H.*

142. οἱ δὴ — ησαν. Inſigne exemplum audaciae in corrigendo, quae tanta vix fuit in recentiore critico, h. l. deſſe in Schol. dicitur Crates, qui totum verſum delevit, et ſubſtituit proprium:

οἱ δ' ἐξ αθανατων ἐνητοι τραφεν ανδηεντες.

Dici enim non poſſe putavit Cyclopes diis ſimiles, qui mortales fuiſſent, immo ab Apolline poſtea occiſi. Quam multos Homeri locos ſic refingere debuit laudatum hominis iecur! Sed hoc modo plures veterum criticorum manus ſaepe in Homero graſſatae ſunt, vt iure hactenus Timon Arato quaerenti, quaenam optima et emendatiſſima poetae exemplaria eſſent, reſponderit, ea quae a criticis nondum eſſent emendata. v. Diog. Laert. IX. ſ. fin.

144. 5. Κυκλωπες — Recte habet Κυκλωπες ησαν (κατ') ονομα επωνυμον, et ſuperſedere poſſumus coniectura επωνυμοι. v. Hom. Od. η, 54. τ, 409. Magis erat dubitandum, an duo verſus germani ſint. Nam etſi dederim, alibi quoque in antiquiſſimis poetis et in ipſo Heſiodo exſtare ſtudii etymologici veſtigia non pauca, hi verſus mirum in modum languent, et clauſulae δεις ενεκειτο μετ. ſimilitudo cum illa vſ. 143. iam ipſa eos mihi ſuſpectos reddit. Tum melius etiam cohaerent ſententiae, ſi deletis illis legamus:

μουνος

μουνος δ' οφθαλμος μεσσῳ επεκειτο μετωπῳ,
ισχυς τ' ηδε βιη και μηχαναι ησαν επ' εργοις.

Heynio verſus 143. magis in ſuſpicionem veniebat.

152. εξ ωμων — Guieto hic ſuppoſiticius videbatur, credo, quia idem occurrit in Εργ. 149. Scut. H. 76. Mox pro απλατος ſcripſi απλητος conſtantiae cauſſa. Nam ſaepius recurrit hoc apud Heſiodum, numquam illud. De vi vocis v. Ruhnk. ad H. in Cer. v. 83.

154. ſqq. Interponitur fabula de Coeli genitalibus exſectis a Crono enſe falcato. Vim generandi ſublatam hoc commento declarari, nemo dubitet. Primum illud prodire debuit in coſmogonia aliqua, cum poeta aliquis naturam experientem ſe in rebus producendis, donec in ea forma, ad quam nunc omnia devenerunt, ſubſtitit, declarare vellet. Ex quo enim ordo rerum ſemel conſtitutus eundem tenorem obtinuit, novarum formarum gignendarum vis erepta videri potuit. Bene adeo id facinus Crono, ſeu tempori, tributum; quod ab eo demum rerum momento, quo conſtans et ſtabilis rerum forma eſſe coepit, procedere potuit. Reliqua in fabula ad ornatum valent. *H.*

155. δεινοτατοι — Conſtr. δειν. παιδων ησαν, και ηχθ. σφ. τ., unde vides, particulam δε abeſſe non poſſe. Verba σφ. ηχθοντο τ., quae male vulgo reddunt *ſuo infenſi erant parenti*, recte vertit Graev. *a parente infeſtabantur, patri inviſi erant.* Quod vero non ab εχθομαι ſed αχθομαι vocab. deductum vult vir doctus, vix quemquam adſentientem habebit.

157. ανιησκε. Corr. ανιεσκε. Haeſit vitium e prioribus editt.

160. στεινομενη. Schol. Σελευκος αχνυμενη γραφει· ου γαρ εστενοχωρειτο φησιν, αλλα δια τους κρυφθεντας παιδας αυτης υπο του Ουρανου ελυπειτο. Reliquus pannus Scholiorum ineptis Grammaticis debetur. Quod ad ipſam Seleuci lectionem adtinet, merito eam reiicit Graevius, quippe e gloſſemate natam. Ho-

merus quidem hac notione numquam posuit στεινομαι: et ubi Scamander dicitur στεινομενος νεκυεσσι Il. φ, 220. (hunc enim locum innuere videtur Graev.) non *dolens super mortuis*, sed *cadaverum multitudine coarctatus* exponi debet. Tamen στεινομενη ex ipsa propria verbi vi, vt latinum *angi*, bene explicari potest *anxia* f. *sollicita;* atque sic Hesychius: στεινομαι· οδυνωμαι, στενω. Mox δολιη τεχνη est pro δολος, vt Hom. Od. δ, 455. 529. et δολος κακοτεχνος Il. ο, 14. Cf. infra 540. 555.

162. δρεπανον, *ensem falcatum, acutis dentibus munitum*, ἁρπην καρχαροδοντα v. 175. Videtur id igitur telum ex antiquissimis fuisse, cum in fabulis toties eius mentio fiat. Eurip., de Hercule Hydram Lernaeam occidente, Ion. v. 191.

Λερναιον Ὑδραν εναιρει
Χρυσεαις ἁρπαις ὁ Διος παις.

176. ηλθε δε — Venit ad coniugem Uranus, vt cum ea concubaret. Sic ἱμειρειν παρδραθειν φιλοτητι Hom. Il. ξ, 163. Et hoc quidem *noctu;* sed splendide hoc adumbratur. *Venit Noctem* (personam cogites) *secum adducens.* Nec minus caetera, quamvis in re turpicula, grandem imaginem efficiunt, quod et sensisse videtur Eustath. ad Dionys. Perieg. Prooem. p. 8., ubi hunc locum innuit. Ὁ του Ἡσιοδου μυθος αυτον (Ουρανον) καταγει προς φιλοτητα Γης· ναι μην και σεμνοτερον τα τε αλλα δε και ὁτι εκεινον μεν Νυκτα επαγειν Ἡσιοδος λεγει, επειδαν κατελθοι. —

183. sq. E Coeli genitalium sanguine a Terra uxore excepto natae Erinnyes, Gigantes, Nymphae Meliae; ex semine autem in mari natante Venus. Etiam haec ad cosmogoniam spectarunt; etsi singula exponere velle ineptum esset. Videtur quoque poetis ad originem rerum seu hominum antiquissimam declarandam accommodatum hoc visum esse, vt eos, verbi causa Phaeacas, dicerent ex guttis sanguinis Coeli ortos. v. Apollon. IV, 992. et ibi Schol., qui Acusilaum et Alcaeum laudat. Venus vero in aliquo cosmogonico scriptore in Erotis

Erotis partes ſucceſſiſſe et elementa conciliaſſe videtur. Nata ergo ex mari, rerum principio. *H.*

185. Ἐριννυς — Verſum reſpicit Pauſan. in Attic. p. 68.

187. Νυμφας θ', ἁς Μελιας — Rarior eſt harum Nympharum in poetis mentio, et hanc originem earum apud alios fruſtra quaeras. Dictae utique videntur Μελιαι vel Μελιαδες Νυμφαι ab arboribus μελιαις, ſicut Δρυαδες, Ἁμαδρυαδες, licet inter antiquos Grammaticos de eo non conveniat. v. Schol. Apollon. Rh. ad II, 4. In Apollonio tamen malim pro proprio nomine accipere το Μελιη, quod feciſſe etiam videtur Valer. Flacc. Arg. IV, 119. ac poſt alios Servius ad Virg. Aen. V, 373. Aliter ſunt Δικταιαι Μελιαι Callim. H. in Iov. 47. cf. in Del. v. 80. Locum Heſiodi laudat Euſtath. ad Il. p. 1210. l. 39.

188. 9. μηδεα — Ποντῳ. Vexatus locus cum ſcripturae in libris variatione, tum virorum doctorum diverſis ſententiis. Pro αδαμαντι h. ἀρπῃ αδαμαντινῃ olim legebatur αδαμαντον, quod monſtrum iure abegit Graevius, qui caeteroquin male ſenſum exponit. Tum ſcribebatur επ' Ηπειροιο, et *circa* vel *in Epirum* vertebatur, errore paene ridiculo. Scribi certe debebat ηπειροιο, ac reddi *in terram:* nam ſaepius επι cum caſu gignendi iunctum ſic apud Hom. et Herodotum legitur: ſed in coelo tunc ſcena rerum fingenda eſſet. Hoc ſuperiori poetae narrationi adverſatur, ubi Titanes omnes ſtatim natos ſub terram detruſos a patre dixit v. 158. Simpliciorem, ni fallor, et rudiorem hic habemus fabulam, et ſcenam rei ipſam terram, quam habitamus. Huc deſcendit Uranus, vt cum coniuge conſueſceret, ante quod factum ex inſidiis ſub terra profilit Cronus, patrem impia manu invadens. Facinore patrato *procul a terra in mare* coniicit amputatas partes: καββαλ' απ' ηπ. π. ενι ποντῳ. Sic itaque ſcribendum putavi, ex parte ſequutus Guietum (απ' ηπ. antea tamen iam Iuntina prima dederat) et ſolu hac ratione probabiliter forte expedire locum licebit. Nec aliter eum ac-

 cepiſſe

cepiſſe videtur Apollodor. I, 1, 3. Εν πουτῳ erit ſic pro εις πουτον: nam εν τινι pro εις τι et vice verſa εις τι pro εν τινι in poetis occurrere, notiſſimum eſt. Homerus Il. α, 593. de Vulcano: κατπεσεν εν Λημνῳ. cf. β, 509. μ, 23. Quod praeterea mutat Guietus πολυκλυστον ενι πουτον, vel grammaticae leges reſpuunt, vt bene animadvertit Clericus.

193. επλετο. Vitium hoc poſteriores editiones omnes obſidet. Veram lectionem, quam ſenſu flagitante reſtitui, habet tamen Trincavellus, quod dum ignorabat Guietus, coniectura eodem veniebat. Eſſe hoc επληντο (*adpulit*, *acceſſit*) ab antiquo πλημι pro πελημι, πελαω, Ruhnken. monuit. v. Hom. Il. ϑ, 63. ξ, 438. Ad rem, quae hic narratur, conf. egregii hymni fragmentum inter Homerica p. 81. ed. Lipſ.

194. αμφι δε — Similis eſt venuſtiſſimus locus Lucretii R. N. I, 6.

> Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila coeli,
> Adventumque tuum; tibi ſuaveis daedala tellus
> Submittit flores, tibi rident aequora ponti,
> Placatumque nitet diffuſo lumine coelum.

196. αφρογενειαν — Exhibui veterum edd. ſcripturam, etſi facilis erat medela αφρογενη; quoniam editoris eſt, auctorum texta emendare, non gloſſarum fraudes corrigendo celare. Verba enim haec e ſcholio primum orta, poſt in metri vincula ducta eſſe, nullus erit qui dubitet. Mirum ſane, quod Winterton ſibi perſuadebat, hic et poſtea a poeta conſulto et ſingulari arte verſus eſſe tornatos, vt ipſi praeter metrum fluidi Veneris originem ex mari et materia fluida depingerent. Laudant caeterum hunc locum poſt Platonem in Cratyl. p. 406. Steph. multi antiquorum, nusquam tamen illum pannum reperio.

198. ὁτι — Heſychius: Κυθερεια· ἡ Αφροδιτη, καϑ' Ὁμηρον μεν, ουχ ὁτι προσεκυρσε Κυθηροις κ. λ.

199. 200. Κυπρογενειαν — Hic commodum locum inveniſſe ſibi videntur gloſſatores, ubi, quaecumque umquam le-

giſſent

giſſent Veneris cognomina, cumulare poſſent. Et talibus gloſſis hos quoque verſus deberi, probabile eſt, quorum primus originem ſuam laborante adhuc metro prodit, cui vt ſuccurreret, Robinſon repoſuit Κυπρογενη. Malui et hic antiquiorum edd. fidem ſequi, quo magis de interpolatione conſtaret. Lecta quidem haec a Grammaticis graecis fuiſſe adparet ex Euſtath., qui ſaltem poſterioris verſus pluribus locis meminit, vt ad Il. δ. p. 439. ζ. p. 650., ubi ſcribit: Τοιουτος δε και Ησιοδος εν τε αλλοις, και εν οις την Πανδωραν ετυμολογει· και ενθα δε την φιλομειδη και την Κυθερειαν, το μεν ὁτι Κυθηραν προσεπλασε, το δε ὁτι μηδεων εξεφαανθη, ὁ εστιν αιδοιων των του Κρονου. Voluit dicere του Ουρανου. Sic idem Euſtath. ad Il. ε. p. 530. Ουκ ειδεν αρα Ὁμηρος την καθ' Ησιοδον εκ μηδεων γεννησιν αυτης, καθ' ην εκεινος φιλομηδη οιδεν αυτην. Exſtant iidem verſus una cum ineptiſſimo v. 196. in Etymol. M. p. 179. l. 6. p. 546. l. 20., ubi Lexicographus Heſiodi errorem maluit accuſare, quam verſus expungere. Sed horum aliorumque auctoritas nos hic parum movere debet, cum nullum dubium ſit, eos iam tum interpolatam Theogoniam tractaſſe. Maius hoc contra eſt, quod Αφροδιτη φιλομηδης nusquam legitur, niſi apud Grammaticos, qui huius loci mentionem fecerunt, pro quo ſemper Homerus et alii deinceps poetae habent φιλομειδης, neque aliter infra v. 989., ubi adeo nonnulli alterum reponere volebant. Dicerem potius, et in noſtro verſu ſcribi poſſe φιλομειδη, ſalva puerili hac etymologia, ſed quae Heſiodo nimis indigna eſt. Ferenda forte illa eſſet, ſi epitheton eſſet Veneri proprium, nec de aliis quoque feminis uſurparetur, vt ſtatim v. 256. Alterum cognomen a Cypro ductum forte ne memorare quidem potuit Heſiodus, qui paullo ante, deam in mari natam, et tum primum Cytheram, inde etiam Cyprum adpuliſſe dixerat. Similia fere de hoc loco tradita nunc reperio in Lennep. Not. ad Coluth. p. 94.

207. — 10. Τους δε — Interpolatricem manum et hic videre mihi videor, et valde dubito, quin hi quatuor verſus a primo carminis auctore venerint. Ut mittam etymologiam, quam nobis ingerunt, locus ipſe, quem ſortiti ſunt verſus, ubi Veneris natalibus deliniti Titanum paene obliti ſumus, dubitationem iniicit. Tum unus tantum eorum, Cronus, impietatis erga patrem reus agi poterat, non caeteri item filii ſupra memorati v. 133. ſq., qui tantum abeſt vt et ipſi ſceleris conſcii fuerint, vt maxime horrore animi orationem matris exceperint v. 167. Ratio vero haec nominis inter Grammaticos non adeo ignota fuit, et adfert eandem Euſtath. ad Iliad. p. 244. 985. Sed nondum video, quomodo v. 209. τιταινοντας verti poſſit *poenas luentes*. Malim cum Guieto accipere pro την χειρα ορεγοντας, vt τιταινοντας ſc. ἑαυτους dictum ſit pro τιταινομενους, et referatur ad id, quod de Crono patrem adgrediente ſupra narratum eſt. Quam rationem agnoſcit etiam Etymol. M. p. 760. l. 40. Τιταν· παρα το τιταινω, οἱονει οἱ τεινοντες τας χειρας εις το κοψαι τα αιδοια του πατρος Κρονου ὑπουν του Ουρανου. το τε τιταινεται σημαινει το τεινεται και ἑλκεται. Denique minatio futurae ultionis pertinet ad id, quod a Iove paſſi dicuntur Titanes a v. 729.

214. Μωμον. Momus hic paullo diverſus eſt ab eo, quem ſeriores poetae et artifices effinxerunt. In Heſiodo nihildum agnoſcimus, niſi calumniam, invidiam aut querelam perſona indutam. Neque pater ei a poeta datur, quem tamen nonnulli ex h. l. exſculpere voluerunt Somnum.

215. Longe alia ratione, quam in reliqua progenie, Heſperides e Nocte prognatae dicuntur: quatenus in extremo occidente, ſeu in inſulis ſeu ſub Atlante in Africa extrema ſedes iis tributa. *H.*

217. νηλεποινους. Ruhnken. emend. νηλιτοποινους; ſed ipſe ſtatim fatetur, nihil in vulgata eſſe, quod quemquam offendere poſſit. Infra v. 905. iterum occurrit fabula de Parcis,

ſed

ſed ibi alii parentes ipſis adſignati: unde iam Gale ad Apollod. p. 6. ſuſpicabatur, hanc Theogoniam non unius eſſe hominis.

220. ſqq. αἶτ' ανδρων — Putidam interpretationem more ſuo adfert Clericus. — Quod Μοιραις hic munus datur, ſcelerum poenas exigere, a ſolito charactere harum dearum recedit, vt dicendum ſit, vel non adoptaſſe hoc recentiores, vel textum vitio laborare. Poſterius ſuſpicatur Heyne, qui vel excidiſſe putat verſum, quo Ποιναι nominabantur, vel verba αἶτ' ανδρων — a Parcis ſeiungenda et accipienda eſſe: *Tum eae* (ſc. Poenae) *quae* &c. Ποινας tamen ab antiquiore poeta memoratas me legere non memini. In repetito nomine θεαι vſ. 221. tirones notent, frequenter ſic antiquum ſermonem denuo inculcare ſubiectum, quod noſter uſus non admittit: ſed fortior eo ſit oratio et magis perſpicua.

223. Νεμεσιν. Diaconus legiſſe videtur Μεμψιν: interpretationi hoc puto deberi, qua Nemeſin explicarunt Grammatici, vt Euſtath. ad Il. p. 917. Nemeſin tuetur quoque Hygin. l. c. Sed exitioſa dici dea non poterat, niſi reſpectu iniuſtorum et ſceleratorum hominum, quos odio ſuo proſequitur et poenis compeſcit. Aliter Nemeſis eſt Pudori iuncta O. et D. v. 198.

224. Απατην — και Φιλοτητα perſonas eſſe ab hac progenie alienas Ruhnkenius vidit. Vix enim probabile eſſe, hic blandas amantium fraudes inter res maxime deteſtabiles ab Heſiodo referri, cum ſupra v. 205. Veneri attributa dixerit praeter caetera εξαπατας τε Φιλοτητα τε. Rationes has et Heyn. ſequitur. Quorum auctoritate me ſatis defendere poſſem, quod verſum uncis ſuſpectum reddidi. Nunc tamen in eam partem pronior ſim, vt putem, in Φιλοτητα tantum mendum latere. De flagitioſa enim libidine quo minus intelligamus vocem, ſermonis uſus in primis antiquior intercedit. Απατη vero non video, cur de amorum furtis et hic accipi oporteat, cum alibi adhibeatur etiam malo ſenſu, quo praeclare Fraus

filia Noctis ederetur. Pro Φιλοτ. reponere volebat Guiet. Δολοτητα, quod ne graecum quidem eſt. Apud Hyginum poſt Fatum, Senectutem, Mortem, Lethum, Somnum, Somnia, Diſcordiam, Miſeriam, Petulantiam, Nemeſin, *Amicitia* quoque Noctis et Erebi ſuboli adnumeratur: ſed locus e corrupto Heſiodo utique interpolatus eſſe poteſt. De Eride ſq. verſ. cf. O. et D. 17. ſqq., etſi ibi etiam alio ſenſu poſita eſt.

227. Λησμοσυνην τε Λιμον τε. Eandem *Oblivionem* et in Hygino habes, ubi neſcio qua ratione Aetheris et Terrae filia eſt. Si apud Heſiodum locum ſuum tueri debeat, cum Heynio accipiamus de benefactorum in nos collatorum oblivione, quae in malis poni poteſt, cuiusque cum Diſcordia cognationem non difficile eſt videre. Λησμοσυνην κακων explicat Io. Diac. Sed emendant VV. DD. Ruhnken. pro Ληθην reponit Ατην e v. 230., in cuius locum iterum reducit Απατην. Heyn. vero lenius pro Ληθην ſcribit Λοιμον, qui alibi quoque cum Λιμῳ coniungitur. Equidem nihil pronunciare auſim, quamquam libentius in vulgata adquieſcam.

228. Τομους — Verſum fere vt hic eſt legimus in Odyſſ. λ, 611. v. Gell. N. A. XIII, 24. Poſt Μαχας inſerui τ' e prioribus edd., licet metrum vel ſine eo ſtare poſſit. Pro φονους Trincav. legit φοβους.

231. Ὁρκον univerſe dictum puto: iuris iurandi religionem, perſona dei indutam. Hic, ſi quis peieraverit, graviſſimas repetit poenas. v. Εργ. 219. 804. et cf. egregios verſus ap. Herodot. VI, 86. et Pythagor. C. aur. pr. ubi itidem Ὁρκον tamquam perſonam acciperem

233 ſeqq. Stirps a Ponto profecta mythis conſtat variis, iisque haudquaquam unius generis nec unius poetae: nam inſunt phyſica nonnulla, alia allegorica, alia hiſtorica forte, ſed in portenta rerum deflexa, ex antiquioribus carminibus ſervata, vt de Graeis, Gorgonibus, Chryſaore, Pegaſo, Geryone. Nerei quidem nomen antiquiſſimum eſſe debuit in

coſmo-

cosmogoniis, etsi diserti quid de eo commemorari nunc non potest. Quod senex fatidicus dictus est, videtur respexisse aut naturae leges in mari per hiemem turbando, per aestatem placando, aut annorum rerumque ordinem iisdem vicibus recurrentem, vt adeo provideri ac praedici eae vices possint: quod ad rudium hominum ingenia magnam mirationem habere debuit. Quod ex Terra Pontus Thaumantem, Phorcyn et Ceto sustulit, haud dubie ab initio ad physicas et ipsum rationes pertinuit; id quod e Thaumantis maxime nomine patet, et quod is ex Electra suscepit Iridem, et Harpyias procellas. v. ad Virg. Aeneid. III. Exc. VII. *H.*

233. Νηρέα τ' αψ. male scribitur in edd. Dedi δ', vt nunc in Trincavell. reperio. Sic aeque male paullo post quidam libri habent Φορκην, operarum credo errore. Nerei mater Terra iam huc adsumenda e v. 238., cuius negligentiae exempla in vetustissimis poetis haud rara sunt. Hesiodum presse sequitur Apollod. I, 2, 6. Πόντου δὲ καὶ Γῆς Φορκος, Θαυμας, Νηρευς, Ευρυβια, Κητω.

240. μεγηρατα. In primis edd. est μεγηριτα. Hesychius: Μεγηριτα· τιμια, μεγαλοχαρτα. Ad quem locum Alberti indicat, Theogoniam citari ab Etymol. M. p. 574. extr. Μεγηρατα. Ἡσιοδος· Μεγηρατα τεκνα θεαων· μεγαλως επερασται η ὑπερηφανα δια το καλλος, η μεγα εριζοντα περι καλλους, η προς οὺς οὐδεις δυναται εριδαι, αλλα μετ' αλληλων εριζοντα. Etymologi scripturam sequi malui, quae in reliquis quoque his compositis usitata est, vt in επηρατος, πολυηρατος, aliis.

243. Πρωτω τ', Ευκρατη τε. Sic vulgo legimus. E coniectura Graevii posui Κραντω, quod nomen inter Nereidas occurrit ap. Apollod. I, 2, 6. Quae lectio, etsi vix vera videatur, certe non deterior erit vulgata, cum Proto alioqui bis nominaretur. V. 248. Possunt et alia vel hoc vel illo loco substitui, v. c. Πλωτω. Reliquorum nominum partem et alibi

invenies et ap. Hom. Il. σ, 39. sq. cf. Ruhnken. ad Hymn. in Cer. 418.

245. Σπειω τε, Θοη — Sic ediderunt post Graevium, qui non adiectivum esse ϑοη, sed Nereidis proprium nomen docet ex Schol. Maior auctoritas erat in Hom. l. l., ubi est Σπειω τε, Θοη θ', Ἁλιη τε βοωπις. Quod addit vir doctus, numerum a poeta definitum v. 264. illam lectionem postulare, et hac Nereide expuncta relinqui tantum novem et quadraginta, antea putabam, in computando eum leviter lapsum esse, adeoque priorum edd. ϑοη revocabam. Sed, vt nunc video, potest Graev. etiam tacitus admisisse Aristarchi explicationem versus 253., unde tandem omnis scriptura nostri vocabuli pendet. Valcken. V. C. ad Ammon. p. 165. Graevii modum sequitur, et legendum simul ex Homero proponit θ', Ἁλιη τ' ερυσσα pro Θαλιη, quae emendatio alteram illam statim veram supponit. Quamquam non negem, Homeri lectionem, quae nunc in libris est, pro utraque coniectura maxime pugnare. Schol. contra defendunt Θαλιη et exponunt ἡ ϑαλλειν δυναμενη. Thoe etiam inter Oceanidas occurrit v. 354.

253. συν Κυματολεγη. Hoc nomen pro adpellativo accipere, dubitarem, an ulli in animum veniret, nisi Scholion narraret, sic Aristarchum olim accepisse. Explicat enim: τη των κυματων λεξει, τουτεστι καταπαυσει· εαν γαρ ονομα ακουσωμεν, ὡς φησιν Αριστοφχος, εσονται μιχ καὶ πεντηκοντα κατηλεγμεναι. Ita Cymatolegen e Nereidum choro eliminavit Grammaticus, neque id iniuria iudicat Valckenaer l. c. Videtur ita quidem calculi difficultas tolli, neque sic opus est, antea ϑοη pro epitheto habere: tamen hoc vt multo lenius malim, quam istam Aristarchi rationem sequi. Nam vt taceam, vix alibi reperiri την κυματολεγην, quod ne analogia quidem multis commendabit, pungit me, quae sic exsistit, sententia versuum: Κυμοδοκη, ἡ κυματα — συν κυματολεγη πεδύνει: *Cymodoce, quae sedat fluctus cum requie fluctuum.* Tum scire vellem, quomodo Aristar-

Ariſtarchus ſeq. verba expediverit καὶ εὐσφυρῳ Ἀμφιτρίτῃ, ad quae illud συν iterum intelligi debet, quod meo quidem ſenſu duriſſime fieret, niſi bona Cymatolege in dignitate ſua maneret.

261. Θεμιστω τε, Προνοη τε. Lectum olim a nonnullis fuiſſe Θεμιφτω, Πατρονοη τε, teſtantur Scholia, quod ita verum iudicat Valcken. ibid. p. 167., vt in eo confirmando omnis labor ſupervacaneus ſit.

262. ἡ — ἀθανατοιο. Nempe quod veridica eſt, et aequi iuſtique amans. Ex ipſo nomine hoc ductum. In Homero item Νημερτης τε καὶ Ἀψευδὴς inter Nereidas leguntur.

264. κουραι πεντηκοντα. Aelian. de N. A. XIV, 28. Τῳ Νηρει τῳ θαλαττιῳ, ὑπερουν αληθη τε καὶ ἀψευδη ακουομεν δευρο αει, πεντηκοντα μεν τεκειν θυγατερας την Ωκεανου Δωριδα Ἡσιοδος ἀδει· μεμνηται δε αυτων καὶ Ὁμηρος. Parem numerum Nereidum ſervarunt plurimi, vt Pind. Iſth. VI, 8. Eurip. Ion. 1081. Iph. in Taur. 274. et auct. Hymn. Orph. XXIII, 3. Alii ad centum auxerunt, prout quisque in his ingenio ſuo indulſit. v. Plat. Critias p. 116. E. T. III. Propert. III, 7, 67.

268. αἱ — ἑποντο. Antiquam ſimplicitatem parum cognitam haberet is, qui cum Robinſ. Heſiodum culpare vellet, quod ventis aves hic poſtponit, nec potius adſurgit comparando. Eandem cenſuram et apud alios me legere memini. Quodſi ad huiusmodi regulas elegantiae exigamus vetuſtiſſimos poetas, vereor ne bonus Homerus ipſe ſaepius dormitet.

269. μεταχρονιαι γαρ ἰαλλον. Schol. ἀντι του ἐτρεχον, ἐπετοντο· καὶ τον οὐρανον γαρ χρονον καλουσι. Poſteriora nugae Grammaticorum ſunt. Mirabuntur forte multi, cur non μεταχθονιαι repoſuerim, quod, niſi fallor, in omnibus locis Apollonii Rhodii, ubi antea μεταχρονιος legebatur, ſaepe optimis membranis invitis nuper fecit V. I. Brunck. Neque, ſi etymologiam ſpectes, ſanum videtur verbum. Contra vero a pleriſque Grammaticis veterum pro gloſſa adfertur, et explicatur

μετεω-

μετεωρος; utunturque ea praeter Apollon. multi alii poetae, vt in omnes illos locos vix temere immigraſſe videatur. Hinc nec in noſtro ſollicitavi, ſed non tam ex etymologia, quam e corruptione aliqua pronunciationis vocabulum derivari debet. Lineamenta ſermonis hinc forſan ſumſit Apollon. II, 330.

270. ſeqq. Quae ſequitur, ſtirpis a Phorcye et Ceto prognatae commemoratio omnem interpretationem reſpuit; videtur ea partim Phoeniciae originis, ſed admodum corrupta eſſe, partim navigantium ad extremum occidentem Africae et Hiſpaniae, partim poetarum, qui Perſei res geſtas carmine expoſuerant, mox, qui Heracleias et Argonautica condiderant, ornamentis et figmentis deberi: omnino autem antiquiſſimam et omni ingeniorum cultu deſtitutam fabulandi licentiam arguunt; adeoque ab reliqua Graecorum mythologia prorſus ſegreganda ſunt, de interpretatione vero ulla probabili prorſus deſperandum. *H.*

Ibid. καλλιπαρηους. Haec antiquior lectio eſt, ut docet Schol.: Αμεινον δε γραφειν καλλιπαρηος, ἱν' η επι της Κητους το επιθετον, ὡς παρ Σελευκος· αλλως τε και εν τοις επανω την Κητω καλλιπαρηον ειπεν, nempe v. 238. Seleuci mutationem hic quoque captavit Graevius, cui obediverunt ſeriores editores. Omnes vetulis illis formoſas genas inviderunt. Miror, cur non itidem habitus Echidnae eos offenderit, quae, licet dimidia corporis parte ſpeciem ſerpentis habeat, tamen eſt ἑλικωπις, καλλιπαρηος v. 298. Mihi quidem omnino vulgata magis placet. Amat vetus ſermo poeticus talia epitheta, quae quaſi perpetua ſunt, et nominibus ſuis ita adhaeſerunt, vt nativam vim paene depoſuerint. Qui Homerum legit, quavis pagina hoc probatum viderit. Non aliter eadem Echidna paullo poſt divina vocatur, quamvis nec diis nec hominibus quidquam ſimilis.

272. χαμ. ερχομενοι. Adpoſite Robinſon, vt Clerici repelleret coniecturam ἑρπομενας, laudavit Hom. Il. ε, 441.

αθανα-

αθανατων τε θεων, χαμαὶ ερχομενων τ' ανθρωπων.

Ανθρωποι χαμαὶ ερχομενοι iidem ſunt, quos alibi poeta habet επιχθονιους vel χαμαιγενεας, vt v. 231. 879. Si tanti eſt, v. Intpp. ad Lucian. T. 1. p. 745.

274. Γοργους — Quod Gorgones trans Oceanum habitare dicuntur in extrema occidentis parte, qua Heſperides incolunt, id eo ſpectat, quod perpetuo poetarum antiquiſſimorum more rerum portenta et monſtra in partes has terrarum adhuc illo tempore ignotas, tum Nocti locisque inferis vicinas, adeoque fabulis accommodatas reiecere: etſi fundus iis aliquis ex navigantium narrationibus eſſe potuit. In Herculis rebus geſtis magna narrationis pars verſatur in his locis ad Erythiam, ad quam ille pervenit vectus ſcypho Solis (v. Diſput. de Steſichori Fragm.): et apud Homerum (Il. π, 150. 151.) Podarge, una ex Harpyiis, Zephyro Xanthum et Balium in his locis peperit. — Verba περην Ωκεανοιο apud Heſiodum ſaltem h. l. et ſup. 215. de inſula continenti obiecta ab occidente ſunt intelligenda; id quod manifeſtum fit ex v. 292. 294., ubi de Gadibus contra continentem poſitis, freto interiecto, eodem modo loquitur: uti Heſperidum inſula Africae obiecta ex Heſiodi notione fuit; nam v. 517. 8. Atlantem ſtare ait πειρασιν εν γαιης προπαρ Εσπεριδων λιγυφωνων, in extrema Libya, antequam ad Heſperidas acceſſeris. Scribendum autem Γοργοῦς τε, non Γοργούς, nam Γοργώ, Γοργόες, Γοργόας, Γοργοῦς flectere debuit poeta. H. Cf. nunc Comment. ad Apollod. p. 409. 387.

275. In forma uncorum hic peccavit librarius. Parentheſi includi volebam verba: εσχατιῃ — λιγυφωνοι, ne quis nonnullorum exemplo ſequentia nomina de Heſperidibus acciperet.

277. ἡ μεν et v. ſeq. τῃ δε de Meduſa intellige.

281. εξεθορε Χρυσαωρ. Guietus em. εκθορε, forte ſollicitus de prima ſyllaba in Χρυσαωρ. Haec vero ſolitam quantitatem retinet, ſed α ω in unam ſyllabam coaleſcunt.

282. 3.

μετεωρος; utunturque ea praeter Apollon. multi alii poetae, vt in omnes illos locos vix temere immigraſſe videatur. Hinc nec in noſtro ſollicitavi, ſed non tam ex etymologia, quam e corruptione aliqua pronunciationis vocabulum derivari debet. Lineamenta ſermonis hinc forſan ſumſit Apollon. II, 330.

270. ſeqq. Quae ſequitur, ſtirpis a Phorcye et Ceto prognatae commemoratio omnem interpretationem reſpuit; videtur ea partim Phoeniciae originis, ſed admodum corrupta eſſe, partim navigantium ad extremum occidentem Africae et Hiſpaniae, partim poetarum, qui Perſei res geſtas carmine expoſuerant, mox, qui Heracleias et Argonautica condiderant, ornamentis et figmentis deberi: omnino autem antiquiſſimam et omni ingeniorum cultu deſtitutam fabulandi licentiam arguunt; adeoque ab reliqua Graecorum mythologia prorſus ſegreganda ſunt, de interpretatione vero ulla probabili prorſus deſperanduu. *H.*

Ibid. καλλιπαρηους. Haec antiquior lectio eſt, ut docet Schol.: Αμεινον δε γραφειν καλλιπαρῃος, ἱν' ᾖ επι της Κητους το επιθετον, ὡς και Σελευκος· ἁπλως τε και εν τοις επανω την Κητω καλλιπαρηον ειπεν, nempe v. 238. Seleuci mutationem hic quoque captavit Graevius, cui obediverunt ſeriores editores. Omnes vetulis illis formoſas genas inviderunt. Miror, cur non itidem habitus Echidnae eos offenderit, quae, licet dimidia corporis parte ſpeciem ſerpentis habeat, tamen eſt ἑλικωπις, καλλιπαρῃος v. 298. Mihi quidem omnino vulgata magis placet. Amat vetus ſermo poeticus talia epitheta, quae quaſi perpetua ſunt, et nominibus ſuis ita adhaeſerunt, vt nativam vim paene depoſuerint. Qui Homerum legit, quavis pagina hoc probatum viderit. Non aliter eadem Echidna paullo poſt divina vocatur, quamvis nec diis nec hominibus quidquam ſimilis.

272. χαμ. ερχομενοι. Adpoſite Robinſon, vt Clerici repelleret coniecturam ἑρπομενας, laudavit Hom. Il. ε, 441.

αθανα-

ἀθανατων τε θεων, χαμαὶ ερχομενων τ' ανθρωπων.

Ανθρωποι χαμαὶ ερχομενοι iidem ſunt, quos alibi poeta habet επιχθονιους vel χαμαιγενεας, vt v. 231. 879. Si tanti eſt, v. Intpp. ad Lucian. T. 1. p. 745.

274. Γοργους — Quod Gorgones trans Oceanum habitare dicuntur in extrema occidentis parte, qua Heſperides incolunt, id eo ſpectat, quod perpetuo poetarum antiquiſſimorum more rerum portenta et monſtra in partes has terrarum adhuc illo tempore ignotas, tum Nocti locisque inferis vicinas, adeoque fabulis accommodatas reiecere: etſi fundus iis aliquis ex navigantium narrationibus eſſe potuit. In Herculis rebus geſtis magna narrationis pars verſatur in his locis ad Erythiam, ad quam ille pervenit vectus ſcypho Solis (v. Diſput. de Steſichori Fragm.): et apud Homerum (Il. π, 150. 151.) Podarge, una ex Harpyiis, Zephyro Xanthum et Balium in his locis peperit. — Verba περην Ωκεανοιο apud Heſiodum ſaltem h. l. et ſup. 215. de inſula continenti obiecta ab occidente ſunt intelligenda; id quod manifeſtum fit ex v. 292. 294., ubi de Gadibus contra continentem poſitis, freto interiecto, eodem modo loquitur: uti Heſperidum inſula Africae obiecta ex Heſiodi notione fuit; nam v. 517. 8. Atlantem ſtare ait πειρασιν εν γαιης προπαρ Εσπεριδων λιγυφωνων, in extrema Libya, antequam ad Heſperidas acceſſeris. Scribendum autem Γοργοῦς τε, non Γοργοὺς, nam Γοργὼ, Γοργόες, Γοργόας, Γοργοῦς flectere debuit poeta. H. Cf. nunc Comment. ad Apollod. p. 409. 387.

275. In forma uncorum hic peccavit librarius. Parentheſi includi volebam verba: εσχατιη — λιγυφωνοι, ne quis nonnullorum exemplo ſequentia nomina de Heſperidibus acciperet.

277. ἡ μεν et v. ſeq. τη δε de Meduſa intellige.

281. εξεθορε Χρυσαωρ. Guietus em. εκθορε, forte ſollicitus de prima ſyllaba in Χρυσαωρ. Haec vero ſolitam quantitatem retinet, ſed α ω in unam ſyllabam coaleſcunt.

282. 3.

282. 3. τῳ μεν — φιλῃσι. Nondum a me impetrare poſſum, vt hos Heſiodi verſus habeam. Neſcio quomodo ſemper haec etymologia me offendat. Πηγαι, quae proprie ſunt fluminum, recte quidem tribui poterant Oceano, qui ab Hom. et Heſiodo ſaepiſſime vocatur ποταμος. Pro γεινεϑ' alii habent γενϑ'; at αορ, cui metuebant, vt ωρ enunciari poterit. ὁ δ' — εχεν n. Chryſaor, vt antea τῳ μεν ad Pegaſum relatum eſt.

284. χϑονα μητερα μηλων, *terram nutricem pecudum.* Epitheton ornans eſt, vt alias χϑων πολυφορβος, πουλυβοτειρα, ευρυοδεια. v. ad vſ. 131. 270. Saepius in Homero certis regionibus adponitur. v. Il. β, 696. ι, 475. De *malis citreis* cogitabat Clericus. Idem hunc et duo ſequentes vſſ. de Chryſaore exponit, ſcilicet vt melius ſuccedant ſomnia Phoenicia. Ad Pegaſum haec rurſus pertinere in promtu eſt. Pro χ' ὡ ſcrib. χω.

285. Quod Pegaſus in coelum receptus eſt, etiam ex Pindaro novimus (v. Ol. XIII, 131.): at quod is fulmen Iovi miniſtrat, vt Heſiodus ſtatim ſubiicit, ab aliis poetis non adoptatum eſt. *H.*

287. τρικαρηνον. Plures libri exhibent τρικεφαλον, vt legimus etiam in Schol. Ariſtoph. Equ. 414: manifeſta violatione metri. Idem vitium reſidet in Argon. Orph. v. 974.

289. βιη Ἡρακληειη. Ita Herculis nomen circumſcribi, a Grammaticis notatur. Certe quae ab initio vim ſuam habuit formula, poſthac in merum nomen abiit; vt v. 315. Sic adeo occurrit ις βιης Ἡρακληειης, nec non alii ſimiles loquendi modi, ut μενος πυρος pro πυρ, et v. 566. ακαματοιο πυρος τηλεσκοπος αυγη.

293. Ορϑον vt v. 309. 327. et alibi depravatio eſt. Verum nomen videtur Ορϑρος. V. laudd. ab Heyn. ad Apollod. p. 390.

295. Ἡ δ' ετεκ', n. Callirrhoë. Minus recte Meduſam, quae dudum ad inferos diſceſſit, Clericus huc evocat. Alii ex h. l. Echidnam Cetus e Phorcye filiam faciunt. Patrem

non

non diſerte addit textus. Debet is vel Chryſaor eſſe, vel Geryon.

300 — 305. ποικιλον — ναιειν. In his verſibus collocandis ſequutus ſum Heynium, qui eos, ſi non omnino omnes alieni habendi ſunt, certe traiectos eſſe cenſet. Nam vulgati libri ita ordinant: ποικιλον — ενθα δε οι — τηλε απ' — ενθ' αρα — ἡ δ' ερυτ' — αθανατος. — Haec quisque videt non ita a poeta venire potuiſſe. Turpiter claudicant ex vulgari ratione in primis poſtremi verſus: ἡ δ' ερυτ' ειν — αθανατος. — Deinde clauſula ζαθεης ὑπο π. γαιης v. 300. ex aliis locis huc videtur translata, poſtquam novi verſus anſam dederat gloſſema ποικιλον, ωμηστην. Prorſus enim hic inutile illud emblema eſt. Tum Echidna νυμφη αθανατος adpellari vix potuit, cum ea ab Argo interemta tradatur: quamquam hoc urgere nolim. v. Apollod. II, 1, 2. Denique quo totum locum finivi, verſus poſt illum ενθα δε οι non minus inutilis videri debet. Attamen forte haec omnia, vt in editt. vulgantur, patronos ſuos invenerint. Equidem in re tam lubrica ne verbum amplius. Hoc mihi perſuaſum eſt, talia Heſiodum non ceciniſſe. In vſ. 302. ſcr. αγηραος.

306. Typhoni haud dubie phyſica notio ſubeſt, cum ipſe poeta eum interpretetur ventum. Nondum mihi ſatis conſtat, ſitne idem qui infra Typhoeus eſt, an diverſus. Si idem habendus eſt, notionem eam phyſicam ſatis probabile ſit, a ventis ſubterraneis, ſoli tremoribus et erumpentibus ignibus, eſſe ductam; hinc quoque ſedes Typhoni et natales in pluribus terris attributi: fuere inter haec loca Arima, vel Arimi montes, quos ex Heſiodi et Homeri mente in locis Piſidiae et Ciliciae ultra Lyciam eſſe quaerendos, haud ambiguum eſſe videtur. v. Excurſ. II. ad Virg. Aen. IX. Hinc ad illa loca, poetae forte antiquiori celebrata, reſpicit Homerus etiam in Solymis ſuis, et in Neptuni proſpectu, et in fabula de Bellerophonte. *H.* Τῃ δε, n. Echidnae.

308.

308. sqq. Orthum, Cerberum, Hydram, poetarum esse commenta, non dubitem; Sphingi, quam et ipsam, sed ex Ortho, non ex Typhone, susceptam, una cum Leone Nemaeo, peperit Echidna, alia fabulosa caussa esse potuit, nunc prorsus ignota. Tandem draco Hesperidum v. 334. ad Persei et Herculis res gestas spectat. *H.*

309. κυνα γειν. Γ. pro κυνα Γηρυονηος, usu dativi Graecis tritissimo.

310. ουτι φατειος est is, cuius immanitas vel atrocitas omnem orationem adeo superat, nefandus, nefarius. v. Ruhnk. Ep. crit. ad Valck. p. 107.

315. Ἡρακληειη. Corrigendum Ἡρακληειῃ.

321. τῃς δ' ἡν — Eadem forma legitur v. 825. ἡν ἑκατον κεφαλαϛ. In utroque loco nescio quomodo me expediam, utrum ἡν pro ἡσαν dictum habeam, an verbum singularis numeri dicam cum feminino pluralis iunctum. Illius contractionis nullum equidem aliud exemplum novi; sed et de hac structura a viris doctis dubitatur, etsi pluribus exemplis alii eam adstruunt. v. Maittaire Gr. L. Dialect. p. 256. Atque occurrunt loca, ubi haec quamvis insolentior ratio nulla alia commoda interpretatione tolli potest: v. c. Hom. Il. ρ, 387. in quo durius diceres, verbum a poeta tantum ad primum nomen γουναται, neglectis omnino caeteris omnibus diverso genere positis, esse relatum. Opinor potius, formam hanc, quae postea Atticis propria mansit in nominibus neutrius generis, ab iis poetis, qui sermonem nondum accuratae Grammaticae legibus adstrinxerant, inter quos et ipse Homerus est, promiscue primum adhibitam, deinde aliis etiam subinde placuisse, qui ad illorum imitationem se componerent. Nec idoneam video caussam a natura linguae petitam, cur non, quod in neutris fieri consuevit, idem quoque admitti potuerit in aliis generibus. Certe et in nostro loco et infra hoc praeferam, quod video nunc veteres quoque criticos probasse. Eustath.

ſtath. ad Il. l. c. p. 1110. l. 50. Ὁρα ὡς επηγαγε τοις των διαφορων γενων πληθυντικοις ονομασι το παλασσετο, ρημα ενικον. Και φασι Πινδαρικον το σχημα οἱ παλαιοι, ουχ ὁτι Πινδαρος εὑρεν αυτο, της γαρ Ὁμηρου μεταλλειας και τουτο εκεινος εκερδανεν, αλλ' ὁτι διαδεξαμενος και ζηλωσας κατεχρησατο. εχει δ' αφορμην ἡ συνταξις το γουνατα ουδετερον ὡς προς αυτο μεν ασφαλτως αποδοθεισα, εκειθεν δε αναλογως απο ποινου συμβιβαζομενη και προς τα λοιπα δυο γενη. Και εισι μεν και αλλα τοιαυτα ευαφορμως ενικον ρημα συνταξαντα πληθυντικοις ονομασιν· ουκ ολιγα δε ὁμως και αθεραπευτα διαλεκτου νομῳ. Τοιουτον και παρ' Ἡσιοδῳ το· της δ' ην τρεις κεφαλαι. Και παρ' Επιχαρμῳ· ην δ' ερφδιος μακροκαμπυλαυχενες. Και· ην δε ναρκαι &c. Quae nunc in ſuperſtite parte carminum Pindaricorum notantur huius formae exempla, ea ſunt Ol. VIII, 10. XI, 5. Sed de his v. Heyn.

323. 4. προσθε — Verſus, qui Heſiodi adeo reliquae narrationi male reſpondent, impacti ſunt ex Hom. Il. ζ, 181. ſq. Quis non videat, eos e margine irrepſiſſe et ſtatim hinc tollendos eſſe? Qui primus eos in ordinem recepit librarius, ne animadvertiſſe quidem videtur, in effingenda Chimaera noſtrum ab Homero nonnihil diſſentire. v. Heyn. ad Apollod. p. 286. Ipſe Apollod. II, 3, 1. Λεγεται, την Χιμαιραν ταυτην — γεννηθηναι εκ Τυφωνος και Εχιδνης, καθως Ἡσιοδος ἱστορει, ubi h. l. reſpicit. Denique verſus δεινον — poſt illud πνειουσαν αμαιμακα πυρ prorſus otioſus eſſet.

326. ἡ δ' αρα Φικ' — Pronomen multi cum Schol. ad Chimaeram referunt; et libet fateri, in ipſo poeta hic minus lucidam iuncturam eſſe. Sed antiqui auctores de Echidna intellexerunt. Σφιγγ' ολοην praeferunt plerique editi. Recte autem Graevius reponendum monuit Φικ' ολοην, quam ſinceram lectionem Scholia agnoſcunt: Την Σφιγγα λεγει· αὑτη δε εστι θυγατηρ Χιμαιρας και Τυφωνος. απ' αυτης εκληθη και το Φικιον, ενθα διετριβε· Φικα δε αυτην οἱ Βοιωτοι ελεγον. Λυκος δε εν τῳ περι Θηβαιων αυτην ὑπο Διονυσου πεμφθηναι φησι. Mons Phicius in Clip.

quoque occurrit v. 33. et alibi, vt in Apollod. III, 5, 8. ubi v. praeſtantiſſ. interpretis Not. p. 601. Omiſſo nomine eius meminit Pauſan. IX. p. 760. cf. Steph. Byzant. h. v. Antiquius ergo et domeſticum nomen monſtri putandum eſt Φιξ, quod poſthac alia dialectus vel lenior pronunciatio in Σφιγξ mutavit. Ante Graevium nunc video meliorem ſcripturam iam exhiberi in utiliſſima ed. Trincav.

328. κυδνη παρακοιτις. Haec erat lectio vett. editionum, quam hic et v. 442. et Opp. 257. Graevius mutavit in κυδοη, illam vocem nihili eſſe putans. Quo iure, v. in Ruhnken. Ep. crit. p. 83. et, quem ibi laudat, Hemſterh. ad Heſych. T. II. p. 13., quibus addi nunc Cel. Brunck. ad Theognid. Gnom. p. 278.

331. κοιραν. τρητοιο Νεμειης. Ita omnes, puto, usque ad Robinſonum, qui reſcripſit Τρητοιο, veriſſima correctione. Pauſ. II. p. 144. Ταυτη και ορος Απεσας εστιν υπερ την Νεμεαν· ενθα Περσεα Διι πρωτον θυσαι λεγουσιν Απεσαντιῳ. Ανελθουσι δε εις τον Τρητον και ανθις την εις Αργος ιουσιν κ. λ. cf. Diodor. Sic. IV, 11. Cui volupe eſt videre, quantas lites criticis intendere poſſit unius litterulae forma, v. ad Plat. Menex. c. 13.

334. δεινον οφιν — Draconem Heſperium, quem poſtea proprio nomine adpellarunt Ladonem. v. Apollon. Argon. IV, 1396. et ibi Brunck.

336. Φορκυος. Sic antiquae edd. Utrumque in uſu eſt, et Φορκυος et Φορκυνος. Forte tamen ob metrum praeferendum hic erit poſterius. Paullo ante in eodem nomine ſcripſi Φορκυι, quod υι una ſyllaba ibi pronunciandum eſt.

337 — 370. Expeditam interpretationem habet genus Oceani ex Tethye, Fluvii et Nymphae Oceanides. Nec in eo argutandum, quod flumina et fontes orti ex mari dicuntur, vt primi illi ſapientes perſpexerint meatus aquarum ſubterraneos e maris fundo ductos. Immo vero ab Oceano nata flumina, cum is ab initio principium aquae et elementum omnino deſignaret. *H.*

338.

338 Νειλον &c. Plures ex his fluviis iam ex Homero satis noti sunt. Ex Ida Troadis descendebant auctore Hom. Il. μ, 20. (coll. Strabone XIII. p. 602.)

Ῥησος θ', Ἑπταπορος τε, Καρησος τε, Ῥοδιος τε,
Γρηνικος τε καὶ Αισηπος, διος τε Σκαμανδρος,
καὶ Σιμοεις —

Nilus in Homero quoque, sed alio nomine Aegyptus adpellatur, unde Schol. ad h. l. cum Eustath. ad Od δ. p. 1510. l. 10. Hesiodum Homero iuniorem evinci posse putabat. Cf. omn. Diodor. I, 19. Alios fluvios, quos poeta noster enumerat h. l., nusquam reperimus in Hom., vt Istrum et Phasin. Ardescus v. 345. aliunde mihi nondum innotuit. Schol. eum in Scythia ponit. In Trincav. scribitur Αλδισκον.

340. Αχελωϊον αργυροδινην. Ne polysyndeti gratia periret, Winterton inseri volebat τε, ita vt Αχελωιον quatuor tantum syllabas efficiat. Metri regulis hoc non repugnaret; et huius contractionis in Homero plura sunt exempla. At minus recte Guietus corr. Αχελωον τ' αργυρ. Nam poetis vulgata forma sollennior. v. Eustath. ad Il. p. 1231. 4. Et iungendi particulam subinde etiam omittunt. Caeterum ex h. l. fluxit Αχελωϊος αργυροδινης ap. Dionys. Perieg. 433. Callim. H. in Cer. 12. alios.

347. ανδρας κουριζουσιν. Nihil potest ad meum sensum excogitari putidius ea ratione, quam Intpp. quidam adeo praeferre videntur, ut κουριζουσι sit κειρουσι κομην; quandoquidem fluminibus capilli primum detonsi dedicari solebant. Nam si voluisset poeta hoc, profecto valde inepte sententiam suam verbis explicasset: *Oceani filiae una cum Apolline et Fluviis homines tondent, quo munere a Iove donatae sunt.* Postrema tantum si advertissent Intpp., sane non discessissent a simplici verborum explicatione, quae haec est: Oceanidas, vt Fluvios et Apollinem, a Iove accepisse hoc muneris, vt κουροτροφοι essent, quod postea v. 450. etiam de Hecate narratur. Eustath. ad

Il. ϕ. v. 146. p. 1293. Εθος ην, τρεφειν κομην τους νεους μεχρι και ακμης, ειτα κειρειν αυτην τοις εγχωριοις ποταμοις. εποιουν δε ουτω, τιμωντες το καλον ὑδωρ· τροφιμον γαρ και συστατικον εστι του ζην, και μαλιστα το γλυκυ — κουροτροφοι ενομιζοντο οἱ ποταμοι δια την ὑγροτητα, καθα και ὁ ἡλιος Απολλων δια θερμοτητα· κουροτροφους δε φαμεν τους την νεοτητα τρεφοντας. Haec ad Heſiodum ſpectantia ſi cum Scholio noſtro conferas, videbis, unde fluxerit mala interpretatio.

359. Κρισιη. Nomen alibi non obvium metrum ſuſpectum facit. In Iuntinis ſcribitur Κρυσηϊς, in codice aliquo Κρησηϊς.

361. ἡ δη σφειων προφερεστατη. Infra hoc explicatur πρεσβυτατη v. 777. v. ſup. ad vſ. 79.

363. πρεσβυταται κουραι. Ergo tantum natu maiores recenſuit poeta: ſed rectius cum Krebſio accipies πρεσβυτ. praeſtantiſſimae, maxime venerandae, quo ſenſu itidem ponitur vocabulum. v. Ern. ad Callim. H. in Iov. 35.

366. θεαων τεκνα quid ſit ex priſca indole ſermonis, talibus ex locis optime intelligere licet, ubi matris nomen diſerte additum eſt, vt hic et ſup. v. 240. In quo loquendi genere fontem habes, unde tam multae narrationes de deorum progenie in mythis manarunt. Ita non raro ab Homero heroes vocantur ὀζοι Αρηος, patre tamen ſimul memorato.

367 — 370. Heſiodum manifeſte ante oculos habuit Dionyſ. Perieg. v. 644 ſqq.

Εκ του απειρεσιοι ποταμοι καναχηδα ῥεουσιν,
οἱ μεν προς Βορεην, οἱ δ' ες Νοτον, οἱ δ' επι ῥιπην
Ευρου και Ζεφυροιο· τις αν παντ' ουνοματ' ειποι;
ου μεν επωνυμιαν μιαν εἰλαχεν, αλλ' εν ἑκαστῃ
ουνομ' εχει στροφαλιγγι. τα δ' αν κεινοισι μελοιτο
ανδρασιν, οἱ κατα χωρον ὁμουριον οικον εθεντο.

371. ſqq. Sequitur nunc progenies reliquorum Titanum et Titanidum, a Coelo ſeu Urano et Terra ortarum, nuptiis fere, quae nobis inceſtae ſunt, inter ſe iunctarum ſororum et fratrum;

fratrum: id quod mythorum antiquitatem prodit, et aetatem aliquam, in qua matrimoniorum iura nondum descripta essent, nec offenderent audientium animos nuptiae inter deos incestae. Sunt in iis pleraque, vt vel nomina testantur, physici argumenti, symbolice declarata; Thia ex Hyperione Solem, Lunam, Auroram edidit; Crius ex Eurybie, nepte ex fratre Ponto, Astraeum, Pallantem, Persen; tum Astraeus ex Aurora, patrui filia, Ventos; Zephyrum, Boream, Notum, etiam Hesperum et Astra. Pallas autem ex Styge, Oceani f. Ζηλον, Νικην, Κρατος, Βιαν sustulit: in quibus diversum ab istis mythorum genus agnoscas, allegoricum utique; nam adsidue isti Stygis liberi adesse Iouï dicuntur v. 386. sqq. *H.*

374. γεινασθ', ὑπεινηθεισ'. Sic vett. edd. praeter Iuntinas. Lectionem nostram, quam laudari video ab omnibus Scholiastis, qui huius versus meminere, e MSS. restituit Robinson. Nescio, an aliunde auctoritatem habeat verbum ὑπεννεω, quod et Stephanus in Thesauro omisit, etsi comparet in edit. sua Hesiodi. Vers. praeced. scribendum θεοισι, τοι.

375. Κρειῳ δ' Ευρυβιη. Sic ut scriberem, male me a Graev. induci passus sum. Repon. Κρειῳ e v. 134. quod me monuit nunc amiciss. Reizius. Constantiae certe aliquid tribuendum est; nam quin idem sit Crius hic, qui supra, nemo dubitet. Eadem varietas alibi est, v. Intp. ad Apollod. p. 11. In nostro l. alii exhibent Κριω δ' Ευρυβιη pessime, alii non melius Κοιῳ. Κρειῳ habet tamen Commeliniana A. 1591.

377. και πασι. Corr. f. πασηι vel παντεσσι. Verum et illud rectum esse potest. Redd. *qui vel omnibus sapientia excelluit.*

379. αργεστην Ζεφυρον, *celerem, rapidum Zephyrum.* Nam αργεστην epitheton, non proprium nomen venti esse, docuit Graev. collato vs. 870., ubi male quidam Αργεστεω Ζεφυρου τε. v. laudd. in Not. ad Hesych. T. I. p. 515. Sed non satis mirari possumus, cur hoc et altero loco modo adducto prae-

termiſſus ſit Eurus, qui Heſiodo incognitus eſſe non potuit, et Clerico recte monente optimum hic locum habuiſſet. Antiquis hoc iam ſingulare viſum, quorum alios alio modo difficultati mederi videmus. Nulla vero ſatisfacit ratio, et ineptiſſima eſt ea, qua Argeſten pro Euro accipiunt. Multo magis ferrem, ſi quis manu quantumvis audaci refingeret hoc vſ. Ευρον τε Ζεφυρον τε, Βορεην — et altero 870. Βορεω τε και Ευρου και Ζεφ. Mihi ipſi nihil liquet.

385. Κρατος ηδε Βιην. Callim. H. in Iov. v. 66.

Ου σε θεων εσσηνε παλοι θεσαν, εργα δε χειρων,
ση τε βιη, το τε καρτος, ὁ και πελας εἰσαω δικρου.

Imago et in ſacris carminibus V. T. ſaepe obvia eſt. Sed quem ibi habemus merum ſermonem poeticum, eum ſemper fere Graeci ita deflexerunt ad mythicas perſonas effingendas, vt illius nonnumquam vix veſtigium aliquod adpareat. Hinc quoniam antiquiore aetate haec rerum et virtutum in perſonas mutatio iam adeo invaluerat, vt Victoriam tali epitheto, quale hic adiecit Heſiodus καλλισφυρον, inſignire poſſent; parata erat facultas tragicis et comicis poetis, eiusmodi perſonas poſtmodo vel in ſcena adhibendi, quod neminem tum offendere poterat: et Aeſchylum ita induxiſſe Κρατος και Βιην in Prometheum ſuum, ſatis notum eſt. Quid? quod ab hac conſuetudine ne latini quidem poetae abhorruerunt. Quam diverſa haec ratio eſt in noſtro ſermone! In ſeqq. των ουκ — una ſententia: *Semper Iovi adſunt*, per tres integros verſus deducta eſt, de qua abundantia iam alibi diximus. Pertinet ea utique ad naturam rudioris ſermonis. Sed v. 387. deletum vult Heynius. Pro ἡγεμονευει corr. Guiet. ἡγεμονευοι, non male.

396. τιμης και γερεων επιβησειμεν. Rarior eſt haec poteſtas verbi επιβαινειν, quod hic vel tranſitive pro προαγειν, vel neutraliter pro μετασχειν ſumi poteſt. Ad duplicem hanc vim probandam pauci in Homero loci ſunt, ſed valde idonei: Il. Ϡ, 285. ευκλειης επιβησον, ad gloriam *provehe*. Hymn. in Merc. 173.

173. τιμης καγω της ὁσιης επιβησομαι, et ego divinum honorem *consequar*. Cum his cf. Il. χ, 424. Hesiod. Εργ. 659. In fine v. scr. εστιν.

398. φιλου ἀπ μηδεα πατρος. *Venit consilio, iussu patris Oceani:* ne quis de Iove cogitet. Schol. Του πατρος συμβουλευσαντος αυτῃ, δηλονοτι η του Διος η του Ωκεανου. Hoc tantum verum est, uti ostendit epith. φιλου. In σφοισι caesura ultimam intendit, ut facile careamus adiecto ν, quod Wintert. cum aliis inculcat.

400. εθηκε h. εποιησε. Ad rem cf. v. 784. sqq. Mox ημαρτα παντα est pro αει, vt saepe alibi.

404. Coeus qui et ipse ex Uranidis, cum sorore Phoebe progenuit Latonam, et Asterien, ex qua Perses suscepit Hecaten (cf. Apollod. I, 2, 4. Schol. Apollon. III, 466.): physici quid et hic ab initio fuisse videtur, nam ad Lunam ducunt Phoebe, Hecate, forte et ipsa Latona, si ex nomine argutari licet; sed a poetis omnia mox alio traducta. *H.*

408. μειλιχον — Ex margine adhaesisse h. v. iudicant Heyn. et Guietus, quibus libenter adsentior. Friget non parum post superiora versus cum illa ipsa επαναφορᾳ, qua eum adeo commendare studet Robinson.

410. φ. (ὡστε) κικλησθαι ακοιτιν. Sic simpliciore sermone dicitur. Nos: *ut eius coniux esset.* Cf. Hom. Il. ξ, 210. 268. Od. η, 313. τ, 79.

411 — 452. Locus, qui sequitur, totus est ex Orphicis, in quibus Hecates numen potentissimum; cumulata in eam plura, quae partim ad Naturam, partem ad Noctem et Lunam designandam valere poterant, cuius tanta vis in rerum e terra provenientium ubertatem, tum in hominum quoque sortem, fortunam, studia, esse credita est ab antiquitate; itaque ei tribuuntur a poeta multa et varia: quod ad honores evehit eum, cui studeat; victoriam in pugna parat; adsidet iudicibus, patrocinatur caussas agentibus, certantibus in certaminibus gymnicis et equestribus adest, etiam piscantibus,

armenta et greges pascentibus. A Iove denique hoc muneri accessit, vt cum aliis diis esset κουροτροφος. Locus omnino singularis est, qui satis vel unus testari possit, e pluribus poetis collegisse sua Hesiodum. *H.*

414. ὑπ' Ουρανου. In hoc et aliis locis Theogoniae vestigia supersunt triplicis illius ordinis mythorum et religionum graecarum, cum primo tempore Uranus, postea Cronus, tandem Iupiter imperium mundi tenuisse diceretur. Huc spectat etiam v. 395. ὑπο Κρονου, quod v. 424. exprimitur μετα Τιτησι, προτεροισι θεοισι. Haec enim de Crono regnante, qui ipse unus Titanum erat, intelligi debent. Cf. v. 486.

416. καὶ γαρ — Ait poeta, in omnibus sacris factis invocari Hecaten, quod aliunde non constat; et vereor ne versus ab Orphico poeta sit.

420. οπαζει. Male plurimae edd. οπαζοι. Heyn. corr. οπαζει, vt dedimus; et sic vetus editio mea exhibet ineunte hoc saeculo ab Er. Schmidio curata, in qua plura emendatius leguntur, quam in caeteris, quae postea factae sunt.

426. μουνογενης — Quod dicitur, etsi μουνογενης sit, non minus tamen honoratam et potentem esse Hecaten, hoc ad opes spectat, quas solet consanguineorum potentia adferre. *H.*

427. καὶ γερας — Hoc iterum inculcari non oportebat. Versus ex insiticiis est, iudice Heynio, quem sequor. Et sententia et ipsae leges linguae exulare eum iubent. Vs. anteced. pro κὰδ', ὁτι μουνογενης scribitur κὰδ τι μουνογ. in Schol. ad Apoll. Rhod. III, 1035.

430. μεταπρεπει, ὁν κ' εθελησιν. Sic Trincav. et alii, sed postea corruperunt ὡν κ' εθ. et ᾗ κ' εθ. Sensus debet esse: *Excellit in concione inter homines, quemcumque volucris excellere Hecate:* vt recte obseruavit Graevius.

436. ενθα — Huius versus languorem quis non sentit? Frigide repetitum eum esse ex superioribus et hinc eliminandum, praeclare vidit Ruhnkenii et Heynii acumen.

440.

440. γλαυκην δυσπ. εργαζονται. Γλαυκη hic positum est, vt alias ὑγρη. Subint. θαλασσα. Et εργαζεσθαι θαλασσαν, ut εργαζεσθαι γην ap. Xenoph. Oec. I, 8. Hinc locum ceperunt de piscatu, qui inter antiquissimos vitae sustentandae modos erat. Non repugnarem tamen, si quis de praedatione maritima illa aetate haud ignobili accipere mallet. Vs. 442. perperam Schol. ad venatores trahit.

450. κουροτροφον, οἱ — Non Grammaticae, sed sensus ratione habita οἱ ad κουροι, quod in κουροτροφος latet, relatum est. Ultimus in hac serie versus, gallica hyeme frigidior, sine dubio proscribendus est. Miserabiliter ille claudicat.

453. sqq. Succedit nunc novum cosmogoniae systema, idque cum vulgaribus Hellenum religionibus coniunctius: stirps Saturnia, e Crono et Rhea ducta, vt adeo et ipsi Cronidae e Titanibus essent. Deiectus Cronus deorum regno cessit Iovi: a quo nova mythologia exordium habet. Antiquiores itaque mythos redolent adhuc Croni saevitia in liberos, ducta a symbolica descriptione temporis, annos, menses, dies, ex se natos in se quasi recondentis, Iovisque occupatio regni: ab his deinde fabulae suaviores et elegantiores procedunt. Nunc novae notiones in mythologia, vt Hades, Vesta, Demeter. Nunc antiquioribus diis succedere nova numina, vt Oceano Neptunus. Nunc diis attributa sua constituta: sic Iovis imperium declaratur per fulmen. Nunc Olympus Thessaliae deorum sedes memoratur. *H.*

459. ὁστις ἐκ. νηδυος ἐξ ἑ. — F. ὡς τις ἐκυσεν. Quamquam et illud satis bene habet. Formula προς γουνατα μητρος ἱκεσθαι pro eo quod est *in lucem edi, nasci*, vix alibi obvia, notatu digna est. Res ita maxime ad verum pingitur, quod sermonis antiquioris proprium habemus.

461. τα φρονεων — h. *eo consilio, ne* &c. Ουρανιωνων perperam vertunt *filiorum Coeli*. Vel pueri sciunt, Ουρανιωνες com-

 mutari,

mutari, interdum et iungi cum θεοι. Confuderunt illud cum patronymico Ουρανιδαι.

465. και — βουλας. Putidum verſiculum aliunde illatum vere iudicarunt Guiet. et Heyn. Quem tamen ſi quis retinere velit, και κρατερῳ περ εοντι referat ad οἱ in prox. vſ., quo ſaltim grammatica ratio conſtabit. Sed videntur illa και κρ. π. ε. primum fuiſſe gloſſema, quod in ordinem deinde receptum cum nota hac clauſula Διος μιγ. δ. β. verſui ortum dedit.

466. τῳ ὀγε — εχεν — *Et ad hoc diligentiſſimam egit ſpeculationem, vigilantiſſime explorabat.* Eadem loquutione interdum utitur Hom., v. c. Il. ξ, 135.

470. τους αὐτης. Quae ſuper hac ſcriptura Reizius V. C. per litteras mecum communicavit, eo lubentius adpono, quo magis haec ſubtilitas ab hominibus Grammaticis nunc negligitur. „Male exaratum eſt hic et v. 754. αὐτης cum ſpiritu denſo. Nam ſemper illi antiqui dixerunt ἑο αυτου, οἱ αυτῳ, ἑ αυτον, binis vocabulis, numquam uno, ἑαυτου, ἑαυτῳ, ἑαυτον, multo minus per ενδειαν, αὑτου, αὑτῳ, αὑτον. Haec eſt res certiſſima, veterum Grammaticorum auctoritate. Nonnumquam omittitur, ubi ea ellipſis nihil obſcuri habet, pronomen perſonale vel poſſeſſivum, et ponitur ſolum επιταγματικον αυτος. Ut Iliad. η, 338. ubi ad αυτων omiſſum eſt ἡμων. Il. φ, 338. εν δ' αυτον ἑι πυρι. Cogitandum eſt σε. Romana ed. hic male αὑτον. Il. ι, 342. την αυτου φιλεει. Omittitur ἑο vel ἑην. Vulgatae edd. itidem male exhibent αὑτου. Similiſſimus hic locus iſtis duobus Theogoniae. In Odyſſ. β, 125. eodem errore ediderunt αὑτῃ pro αυτῃ. Od. δ, 247. αὑτον pro αυτον. Illic omiſſum eſt οἱ, hic vero ἑ. Immo etiam quarto ante hunc verſu 244. ſcripſerunt et ediderunt αὑτον μιν πλησσειν — quum additum ſit μιν, quod accipitur pro ἑ: unde numquam haec duo, μιν et ἑ, coniunguntur. Solus Barneſius monuit hic legendum eſſe αυτον μιν. Qui ſi Apollonium Alexandrinum umquam

quam adhibuiſſet, non modo plura huiusmodi loca emendaſſet, verum etiam has emendationes ita confirmare potuiſſet, vt nulla dubitatio relinqueretur. Sed, neſcio quomodo, factum eſt, vt Homeri editorum nemo adhibuerit iſtum Grammaticum, ex quo uno profici plurimum poterat et ad lectiones multorum locorum vindicandas, et ad intelligendum atque illuſtrandum Homericum uſum loquendi. Locus Apollonii huc pertinens eſt de Syntaxi II, 19. *Ποτε αἱ ἁπλαι αντωνυμιαι εις συνθετον παραλαμβανονται, και ποτε ου.* Diſcas inde, iam olim nonnullos fuiſſe, quos *ματην* id facere ait, qui adſpirarent in exemplis ante adductis *αυτου φιλει* &c. Rectius igitur in utroque loco Heſiodi ſcribetur ſine adſpiratione *αυτης.*„ — Confirmandae huic obſervationi viri doctiſſimi addi quoque poteſt locus Athenaei IV. p. 180. extr.

473. *παιδων* — Etiam hunc verſum gloſſema peperiſſe videtur, quod forte quis ad *πατρος ἑοιο* adſcripſerat. Notavit eum Heyn.

474. *οἱ δε θυγατρι φ.* Hic caſus non a ſolo *επιθοντο* pendet, ſed et ad *κλυον* referendum eſt. Verbum enim hoc, rarius quidem, iungit tamen ſibi etiam dativum. Hom. Od. ζ, 239. *Κλυτε μοι, αμφιπολοι!* Solon Fragm. I. *Κλυτε μοι ευχομενῳ!*

479. 80. *Ζηνα — τε.* Heynii ſuaſu uncis circumſcripſi. Quae ſequuntur *ενθα μεν* — gloſſam abunde arguunt. At Guietus maluit expungere vſſ. 481. 2. 3.

481. *θοην δ. νυκτα μελαιναν.* Fruſtra coniecit neſcio quis *ἑκτο φ. θοη. Θοην δια νυκτα μελαιναν* frequentiſſima Homero forma eſt, ubi epitheton *θοη* hunc forte ſenſum habet, quod dormientes temporis moram minus ſentimus, quo nox transire die celerius videri poſſit. Simplicior certe haec ratio eſt aliis, quas olim excogitarunt Critici. v. Euſtath. ad Il. p. 814. 15.

484.

484. Αργαιῳ εν ορει. Pro hac plurimarum edd. lectione operose docet Graevius scribendum esse Αιγαιῳ, et sic latuit virum doctum, emendationem suam iam in Trincav. edit. exstare. E Callim. H. in Iov. v. 6. Robinson corr. Ιδαιῳ. Illud potius placebit. v. Graev. not.

487. ἑην εγκατθετο νηδυν. Melius nunc puto, monitus a Cl. Reizio, scribi εσκατθετο, ut plures edd. exhibent v. 890. Tamen mox v. 899. denuo ubique recurrit nostra scriptura, improbata etiam Guieto.

491. ὁ δ' εν — Vel και εν αθ., vel ηδ' αθ. emend. Guiet. Nihil opus est. Ὁ pronomen eodem modo ut subiectum iteratur in poetis. v. ad vs. 220.

492. sq. Hinc exspectari poterat ut exponeretur, qua ratione fatum illud ante memoratum de Crono per Iovem imperio deiiciendo exitum habuerit. Nam quae inferius intexitur commemoratio Titanum a novo rege debellatorum, etsi in his Cronus quoque numerandus sit, tamen, cum illa pugna serius et Crono iam oppresso commissa videri debeat, ea commemoratio poetae consilio satisfacere non potuit. Et maxime tamen necessarium erat, ut accuratius nunc ipsa Iovis vis in patrem describeretur. Ita hac in primis parte mutilum haberi carmen, per se non improbabile est. Sed confirmatur haec suspicio auctoritate Platonis de Rep. II. p. 377. E. Πρωτον μεν το μεγιστον και περι των μεγιστων ψευδος ὁ ειπων, ου καλως εψευσατο, ὡς Ουρανος τε ειργασατο ἁ φησι δρασαι αυτον Ἡσιοδος, ὁ τε αυ Κρονος ὡς ετιμωρησατο αυτον· τα δε δη του Κρονου εργα και παθη ὑπο του υἱεως. In quibus ultima verba, si recte intelligo, arguunt, Platonem uberiora legisse in Theogonia, quae nunc desiderantur; nisi si quis cupide magis repugnare velit, et ad aliud carmen Hesiodeum a philosopho respici putet. Illa vero mutilatio deinde forte effecit, ut plura in hoc loco etiam turbarentur ac depellerentur de pristina sede: parum enim apte inter se cohaerent quae sequuntur, praesertim a v. 501 — 506., a quibus

quibus mox ad Iapetidas et ad fabulam Promethei procedit poeta, quibus demum bellum Gigantum adnectit. Haec et alia nondum reputaveram, cum obelis notarem vſſ. 492 — 500.; immo nunc puto, haec, modo integra et ſuo ordine exſtent, ſine offenſione legi poſſe.

493. *επιπλομενων δ' ενιαυτων.* Schol. explicat *επιπλομενου δ' ενιαυτου*, quod et aliquot primariae edd. exhibent. Utrum verum ſit, equidem exputare non poſſum; et, quae ab Intpp. pro plurali adferuntur, nimis levia ſunt. Necdum concoquo verſum 496., qui nunc certe amiſſis pluribus commodam ſententiam non fundit.

500. *σημ'* — Pauſaniae adhuc aetate hic lapis inter *αναθηματα* templi Delphici oſtendebatur. v. Graevium.

501. *Λυσε* ſqq. Sequentia etiam nimium quantum abrupta ſunt et ſine dubio manca, totaque haec narratio alio loco melius poſita eſſet. Nunc ſententia difficilior. *Ουρανιδας* intellexerunt alii Titanas, alii Cyclopas, a Schol. forſan decepti. Illud ineptum eſſet et a conſilio poetae alieniſſimum, cum iam eo venerit res, vt regnum Titanum occuparet Iupiter; et male aliquis rationem illam, firmaret e Pindaro Pyth. IV, 518. At Cyclopibus favere videtur v. 504. coll. cum 141. Rectius tamen intelligas Briareum, Cottum, Gygen, Centimanos, ſi comp. v. 617. ſqq, ſed non excluſis Cyclopibus. Utrorumque Iovi uſus erat ad ſtabiliendam poteſtatem, Centimanorum, vt auxilium ei ferrent in bellis contra Titanas, horum, vt tela novi principatus inſignia miniſtrarent: utrosque vero Cronus rerum potitus in Tartarum coniectos vinculis tenuerat. v. Apollod. Bibl. in princ. Ita v. 502. *πατηρ* deſignat Iovis patrem Cronum, non Uranum, quem alii e v. 157. huc advocarunt. Obſcuritas loci haud dubie ex mutilatione orta eſt. Nam de Centimanis ac Cyclopibus iterum oppreſſis a Crono in Theogonia noſtra ne verbo quidem mentio fit, cum tamen eo hi verſus ſpectent manifeſte.

505.

505. το πρίν — κεκευθει, n. tonitru et fulmen. Guiet. conii. τα πριν, ut grammaticam quoque coniunctionem haec ſententia habeat cum prioribus: ſed et illo modo loquitur ſubinde Homerus.

507 — 616. Novus fabularum ordo, a caeteris diverſus, et, niſi fallor, Hellenicae ſtirpi proprius, verſatur circa genus Iapeti: producuntur Atlas, Menoetius, Prometheus, Epimetheus. Prodeunt in his, etſi breviter et ſtrictim narratis, fabulae aliquot poetico iam ornatu amplificatae, et eae quidem ſymbolicum et allegoricum fundum habentes, etſi commentis obſcuratum; vt omnino ſtatuo de Prometheo et Epimetheo eorumque factis et fatis. Prometheum videtur adoptaſſe vetus poeta ad declaranda inventa vitae, inprimis artes ignis ope excultas. In Pandora vero ſapientiae iam reconditae ſemina latent, cum animadvertiſſent homines mala vitae ex ipſo illo cultu per artes, opes et copias rerum illata. Alia ad Promethei ſapientiam declarandam excogitata videntur, quemadmodum Sicyonia fabula (v. 535. ſqq.) de origine moris victimarum oſſa adolendi in aris, ducti a Iove, Promethei cavillatione per oſſa corio victimae involuta tentato. Ineſt fabulae multum antiquae ευηθειας. Nec tamen omnia habemus integra, ſed partim interpolata, partim mutilata; quod in tam vetuſto carmine nemo miretur. *H.*

513. πρωτος — Res fuſius narratur in Opp. v. 84. ſqq. Male exhibet nupera edit. Lipſienſis verſu praeced. ως κακον, niſi typothetae virium eſt. De Menoetio fabula, quae ſequitur, a paucis allata eſt. Apollodorus I, 2. 3. refert, eum a partibus Titanum ſtetiſſe et in iſta pugna ſuperatum a Iove inque Tartarum eſſe detruſum.

519. ἑστηως — Suppoſitis verſibus et hunc adnumerat Guiet. Nempe occurrit is iterum v. 747., vt ex eo loco huc traductus videri poſſit. Hoc tamen infirmum.

521.

521. *αλυκτοπεδησι.* Respexit huc forte Apollon. ornatissimo loco Arg. II, 1249. v. ibi Scholiast. quem expilavit Eudocia p. 346.

529. sqq. *ουκ αεκητι* — *pace Iovis*, qui, vt Herculi filio materiem laudis praeberet, odio Promethei depositio permisit, vt ille huius aquilam necaret eumque ab hac poena liberaret. V. seq. Valckenaer V. Cel. ad Ammon. p. 98. refingit *Θηβαιγενεος*. Sic habes nempe ap. Eurip. Suppl. 136. *Πολυνεικει τω Θηβαιγενει*. Ad quem locum praeter rem repugnat Markland. Ionismo praecipue sollennis talis epenthesis est, vt in *παραιβατης*, *παραιφασις*, *καταιβατος* aliisque multis. Forte non minus metri caussa Opp. et Dier. 383. legendum: *Ατλαιγενεων επιτελλομεναων*, ubi omnes tuentur vulgatum *Ατλαγενεων*.

532 — 4. *ταυτ' αρα* — h. *δια ταυτα*, *hoc consilio*. Versibus seqq. de Prometheo sermonem esse, facile intelligitur. Sed iterum haec hiulca sunt, et forte plura interciderunt. Nihil efficias, si cum Guieto eiicias v. 532., nisi ut pauperiores adhuc simus uno versu. Non cogitavit hoc Robinson, qui e cod. suo, binis versibus in unum coalescentibus, edidit:

Ταυτ' αρ' αζομενος παυσθη χολου, ον πριν εχεσκεν.

Et tautologiam, quae sic dicitur tolli, non video. Magis mihi molestus est hiatus in *αρα αζομενος*, et non inepte hoc corrigit Graevius *φραζομενος*. Ultima *ουνεκ' εριζετο* viam parant ad narrationem proximam de Promethei astutia. Haec vocatur *βουλαι*, *sapientia*, usu loquendi ex illorum hominum notionibus explicando.

535. *ὁτ' ερριναντο* — Qualis haec fuerit contentio, qui narraverit scio neminem. Inepta sunt, quae Schol. habet; et forte ipsum verbum *ερριναντο* in mendo cubat. *Μηκωνη* urbs est Peloponnesi antiquissima et nobilissima, posthac Sicyon appellata. Strab. VIII. p. 382. (587.) *Την Σικυωνα προτερον Μηκωνην εκαλουν, ετι δε προτερον Αιγιαλους.* cf. Steph. Byz. v. *Σικυων.*

Schol.

Schol. Pind. ad N. IX, 126. Caeterum hanc fabulam de fraude Promethei in ſacrificio commiſſa pauci retulerunt, et praetermiſit ipſe Heſiodus in Ἔργ. Sed habet eam Hygin. P. A. in Sagitta II, 15., et reſpicit Lucianus ſuo more in Prom. T. I. p. 187. Omnino de ea v. egregius Aeſchyli interpr. Schütz ad Prom. p. 171. Quae mox ſequitur, carnes in ſacrificio diſponendi ratio, eadem fere eſt, quam ſaepiſſime vt ſollennem Homerus deſcribit.

548. Ζευς κυδιστε. Sic edd. omnes. Scrib. Ζευ κυδ.

551. γνω ῥ', οὐδ' ηγνοιησε δολον. Iupiter igitur ſatis videbat dolum ſubeſſe, nec ſequentia eum deceptum oſtendunt, vt Clericus putabat. Bene is declaravit formulam: *ſciebat neque ignorabat;* ſed addere debuit, hanc antiqui ſermonis propriam eſſe ſimplicitatem. Mox unius hominis malitiam ulturus Iupiter in omne humanum genus animadvertit. Ita Heſ. in O. et D. 240.

Πολλακι και ξυμπασα πολις κακου ανδρος απηυρα,
ὁστις αλιτραινει και ατασθαλα μηχανααται.

Quae ſententia totidem fere verbis in vetuſtioribus libris ſacris occurrit, horrenda illa quidem, ſed facile ignoſcenda illi aetati hominum, quae nondum erectius de virtutibus animi iudicare didicerat, et ſuo modulo ac pede divinum numen metiebatur.

553. λευκον αλειφαρ, quod vſ. 541. αργης δημος; *arvinum, tegumentum oſſium.* Hoc ſuſtulit Iupiter, non deceptus a Prometheo, ſed vt illius ſcelus palam faceret. Ad δολιη επι τεχνη v. 555. ſuppl. κατατιθεντα vel κεκαλυμμενα.

563. μελεοισιν ανθρωποις. Hom. δειλοισι βροτοισι, οϊζυροισι. Virg. *Hominibus aegris.* Inepta lectio eſt μελιηισι, quam Robinſ. e codd. ſuis laudat.

571. γυιης γαρ — Comparandus cum h. l. alius eſt in Ἔργ. 60. ſqq., qui copioſiorem et ornatiorem deſcriptionem Pandorae continet, cuius ne nomen quidem hic adiicitur.

Illo

Illo tamen loco non ita abutendum eſt, vt ex levi variatione in narranda fabula diverſos etiam horum carminum auctores eſſe colligas. Immo credibile eſt, neque hos verſus omnino integros eſſe et incorruptos. Quod autem Vulcanum, eum qui alias in operoſioribus armis elaborat, videmus nunc e terra fingere mulierem, eundemque mox auream coronam fabricari, iterum nos eius aetatis admonet, in qua earum artium, quae ope ignis utuntur, ratio nondum accuratius deſcripta fuit. Cf. Il. σ, 401. Tum ſq. v. διὰ βουλὰς Κρον., *Iovis iuſſu.*

574. ἀργυφέῃ — κατακρηδὲν. Al. ἀργυρέῃ vel ἀργυφεΐ. Prior forma, quam et Trincav. habet, eſt Homerica, eamque ex h. l. adfert Etym. M. p. 137. l. 40. Ἀργυφέῃ σοδῇτι· Ἡσίοδος. Κατακρηδὲν, ut in Homero eſt, iunctim exaravi, quamvis parum interſit, utro modo ſcribas. Noſtra ratio ſequitur Etymol. M. p. 495. l. 30., ubi ſimul ex Heſiodo gloſſa ἀποκρηδὲν adſcripta eſt, quae pertinet ad Scut. v. 7. De voc. καλυπτρὴ v. Periz. ad Aelian. V. H. VII, 9.

576. ἀμφὶ δὲ οἱ στεφάνους — Sic et haec tegimenta capitis e textilibus videntur, vt a Minerva donata. Sed quae ſtatim adponuntur, docent ſerta e floribus intelligi. Iunioribus forte non ſatis culta Pandora viſa eſt, vt hunc quoque ornatum illinerent; quamquam caecutire debemus in his, mundi muliebris, qui tum fuit, ignorantia.

582. κνωδαλ', ὅσ' — Verſus vt nunc eſt, conſtituit eum Steph. Alii parum concinne: κνωδάλα, ὅσσ' ἠπείρος μὲν τρέφει. Vocem κνώδαλον contra quorundam Grammaticorum obſervationem non de beſtiis aquaticis tantum, ſed et de terreſtribus, et magnis pariter ac parvis animalibus ſumi, hic quoque locus evincit. v. Intpp. ad Heſych. h. v. et Cel. Villoiſon ad Apollon Lex. p. 489.

590. Ἐκ — γυναικῶν θηλυτεράων. Nihil hoc magis eſt quam γυναικῶν ſimpliciter. Ita φῦλον γυναικῶν θηλυτεράων Aſp.

v. 4. Quod moneo, ne θηλυτερας cum nonnullis exponas τας προς τα αφροδισια κατωφορωτερας. Odyff. ϑ, 324. funt θεαι θηλυτεραι. Nempe ſaepius in antiquiori ſermone huiusmodi epitheta videmus, quae nobis nunc ita otioſa videntur, ut ſenſum nec adiuvent nec ullo modo augeant. Hos vero verſus usque ad 612. uncinis incluſi Heynii iudicio; non quod Heſiodo locus omnino indignus ſit (inſunt potius nonnulla, quae bonum poetam produnt), ſed quia omnia haec, quae ſatis acerbe pro tempore illo in mulieres effunduntur, non a poetae ſolum conſilio aliena ſunt, ſed et mira hac opinione nituntur, quaſi totus feminarum ſexus progenies eſſet Pandorae, quod Heſiodus profecto dicere non potuit. Videntur ſic, poſtquam primi verſus a 590. a miſellis verſificatoribus procuſi fuerant, ſequentia a v. 594. ex alio poeta, forte gnomico, ad marginem adſcripta, mox in textum migraſſe. — His iam ſcriptis obtulit ſe mihi Pauſaniae locus, quo tam illa fabula de Pandora prima muliere tamquam antiqua probatur, quam omnis etiam vis ab hoc loco propelli videtur: Πεποιηται δε Ησιοδῳ τε και αλλοις, ὡς ἡ Πανδωρα γενοιτο αὐτη γυνη πρωτη· πριν δε η γενεσθαι Πανδωραν, ουκ ην πω γυναικων γενος. Att. p. 58. Haec ad carmen noſtrum pertinere nullum dubium eſt, cum in O. et D. eius rei mentio nusquam occurrat. Et ſic hic locus e paucis illis eſt, ubi ſine dubitatione Pauſanias auctorem Theogoniae adfert Heſiodum. Integritas autem verſuum noſtrorum eo defendi vix poterit, quod eos in libris ſuis legerit tam novus ſcriptor, ſi modo vera ſunt, quae de interpolationum harum antiquitate in prooemio diſputavi. Interea hoc me pungit, quod Pauſanias ab aliis quoque poetis adoptatam fabulam dicit, ſexum muliebrem duci a Pandora; quam eandem ideam et Apollod. tuetur I, 7, 2. Sed doctiores rectam viam mihi demonſtrabunt.

593. ουλομενης — κορσιο, *quae pauperem et laboriosam vitam ut acerbissimam fugiunt, luxuriae et profusioni in damnum maritorum*

rum unice deditae. Non ſaepe obvia eſt haec vis vocis συμφορος. Conferri tamen poteſt locus in Εργ. 302., ubi fames dicitur συμφορος ανδρι αεργῳ, quod Schol. explicat συνακολουθος, τουτεστιν· ὁ αργος συμφερεται πενιᾳ και συζη τῳ λιμῳ. Nonnulli, in his Stobaeus Ecl. eth. LXXI., praeferunt συμφοροι, vt ad ſexum referatur, non ad φυλα. In Wintert. ed. eſt αξυμφοροι.

595. ξυνηονας εργων vt v. 601. non ſunt *participes*, vt vertunt, ſed *qui communicant*, *adferunt*, *auctores*. Sic Heynius. Paullo aliter vocabulo utitur Pind. Pyth. III, 84. ἑλκεων ξυναονες, *qui vulneribus adflicti ſunt*. Ξυνηων enim univerſe is dicitur, cui adſunt res, unde et aliis impertire poſſit. Itaque h. l. ξυν. κακ. εργων erunt, *qui nihil boni efficiunt*, *inutiles fuci*. V. ſq. Guiet. bene corr. αἱ μεν γε.

599. ἀλλοτριον — αμωντας, *alieni laboris fructum demetunt*, *percipiunt*. Pari modo in Op. et D. 305. κηφηνες deſcribuntur:

οἱ τε μελισσαων καματον τρυχουσιν αεργοι
εσθοντες — —

600. ſqq. ὡς — αντιφεριζει. Exſcripſit hos verſus Io. Stobenſis in Eclog. eth. S. LXVII., unde varietatem etſi inutilem eorum cauſſa adpono, ſi qui forte Stobaei libris Heſiodum adhuc emendari poſſe putent. Pro αργαλ. v. 602. legimus ibi λευγαλεων. vſ. 604. ολ. δ' εις γηρας ἱκοιτο. 606. διη ζωην.

602 — 12. ἑτερον δε — Horum verſuum ſententia ſic procedere videtur: *Super his aliud malum deus hominibus intulit. Nam ſi quis a coniugio abhorret moleſtiarum, quas uxor adfert, metu, is et commodis quibusdam carere cogitur — ſeni nemo adeſt, qui foveat, qui curet, et poſt obitum remotiores cognati opes eius inter ſe dividunt, legitimo herede nullo relicto —: ſi quis vero init coniugium, vix ille meliori fruitur conditione. Nam ſi vel maxime probam mulierem invenerit, mala tamen aequant et corrumpunt bona: at ſi improbam, in omne vitae tempus graviſſimas ſibi emit aerumnas et ſollicitudines.* Adv. 606. cf. Geneſ. Moſ. XV, 3. et Hom Il. ε, 153. ſqq., ubi itidem χηρωσται ſunt οἱ μακροθεν συγγενεες. *Alie-*

niores heredes proprio verbo vocant Romani. Δια κτησιν δατεονται eſt pro διαδατεονται κτ., vt mox μετα μοιρα γενηται. Vſ. 608. contra metrum editur αραρυιαν. Reſcripſit Heyn. αρηρυιαν. Idem v. ſq. malit επ' αιωνος, vt ſit δια αιωνος, quod vulgato utique melius eſſet. V. 610. in εμμεναι vim neſcio quam Robinſon in ſexus gratiam quaerit, ſed fruſtra. v. Bach. ad Xenoph. Hier. VII, 11. ubi nec huius loci oblitus eſt. Eod. vſ. ad ατερπηφοιο γενεθλης intell. γυναικα, h. e. *feminam importuni, ſubdoli, pravi ingenii.* Ultimum denique verſum θυμῳ — ob nimiam tautologiam a magiſtello quodam prioribus adſutum eſſe, monuit Ruhnk. Ep. crit. I. p. 55. Abeat igitur cum caeteris.

613. Ὡς — Ad Prometheum eiusque poenam poeta revertitur. In eadem fere verba definit locus in Εργ. v. 105. Sagaciter autem Heyn. coniicit, ex ſuperioribus nonnulla excidiſſe, quibus reſpondeant haec quaſi pro epiphonemate ſubiecta. Exſpectari utique poterat uberior narratio de ſupplicio Promethei, quod ſupra tantum obiter attigerat v. 521. — Παρελθειν minus bene Graev. *effugere, vitare dei conſilia* exponit. Eſt *dolis circumvenire, überliſten.* Sic adhibet vocem Hom. Il. α, 132. et Odyſſ. ν, 291. ubi diſertius dicitur παρελθειν εν παντεσσι δολοισι.

614. Προμηθευς ακακητα h. *innocens, qui nihil mali patravit, et magnis potius beneficiis homines ſibi obſtrinxit.* Praevidere enim non poterat, fore vt ludibrium ſuum a Iove ita ferio exciperetur. Alias Mercurio datur epitheton ακακητης, ubi hanc gloſſam antiquam varie acceperunt, et partim poſt Eratoſthenem ad montem quendam aut oppidum Arcadiae retulerunt veteres critici. v. Schol. ad Odyſſ. ω, 10. coll. Strab. VII. p. 299. Pauſan. Arcad. p. 602. Vel noſter hic locus tali interpretationi repugnat.

617. ſqq. Heſiodum conſarcinaſſe ſua e pluribus carminibus, iterum intelligitur ex his, quibus Titanum pugnam perſequitur, multo copioſius et ornatius quam reliqua tractatis.

Redit

Redit primum ad id, quod ſupra iam v. 501. attigerat, tres Centimanos, Briareum, Cottum et Gygen, fuiſſe a Iove vinculis ſolutos, quibus, virium vaſtarum metu, a Crono in Tartaro tenebantur; tum narratur bellum, nulla expoſita canſſa qua eſſet conflatum, nec diſerta ſatis commemoratione eorum, qui illud geſſerunt: pugna autem magna cum poetica vi et gravitate memoratur, vt habenda ſit haec particula, una cum ſequente loco de Tartaro, inter potiora vetuſtioris poeſeos ſpecimina. Quantum tamen aſſequor, ſerior illa eſt priucipibus coſmogoniae auctoribus, et ex iis adumbrata, hactenus, vt poeta id unum propoſitum haberet, vt, nullo ad ſymbolicam elementorum declarationem reſpectu, ipſe poetico ſpiritu pugnam illam inter Titanas et Cronidas narraret. Ad hos enim ſpectavit illa pugna; e quibus Cronidarum nomen Iovem cum fratribus, e Crono et Rhea natis, tum eorum progeniem, adeoque Hellenicum deorum ſyſtema comprehendebat; Titanes autem intelligendi ſunt veteres illi Uranidae, inter quos minor natu Cronos ipſe: cui deorum et mythorum ordini antiquiori ſucceſſit recentior ille. Cum viderentur hi antiquiores dii regno eſſe eiecti, argumentum hinc in merum ornatum poeticum abiit, vt pugna deorum narraretur, in qua ingenii poetici vis haberet quo ſe iactare poſſet. Acceſſere ornamenta ex locorum ſitu: tradueta re ad Theſſaliae loca, vt in Heſiodo ad Olympum et Othryn; alia ex magna rerum converſione inter potentes reges ac populos; alia ex naturae phaenomenis in motu terrae ex inteſtinis incendiis incluſisque ventorum procellis; quibus locum dederant ea, quae in Theſſalia aut ipſi facta viderant aut audierant; ſunt enim horrendarum ignis ſubterranei exploſionum veſtigia plurima per illa loca. Quod decem annos continuatum eſt bellum, donec pugna illa memorabili finiretur (v. 636.); poteſt id ornatui poetico tribui; poteſt tamen tempus forte continuorum terrae motuum deſignari, donec erumperet inteſtina elementorum diſcordia.

Croni ipſius nulla niſi v. 851. fit mentio, ne quidem quid ei factum ſit: vt ex poetae mente bellum hoc factum videri debeat poſt Cronum iam regno a Iove deiectum, cum Titanes adverſus novum principem ſeditionem moviſſent. Cum Titanes ſaxis e rupibus in eos miſſis oppreſſi iacerent: proclive fuit, ex coſmogonico loquendi more, vt in Tartarum detruſos narraret poeta ingenioſiſſimus; igitur demum in loco de Tartaro ſubſtitit v. 720 — 735. *H.*

617. Ὡς Βριαρεῳ τα πρωτα — Quo vinculo haec cohaereant cum ſuperioribus, non video. Πατηρ hic idem intelligendus, qui ſupra v. 502., Iovis pater, non Uranus, multo minus Iupiter, vt nonnulli ſomniarunt. Ita emendari hinc poſſunt, quae ad illum verſum in extrema nota adſcripſi. Quod mutato ordine pro Βριαρεῳ δ' ὡς πρωτα poſui ὡς Βριαρεῳ τα πρωτα, id metri cauſſa factum, cum omnibus aliis locis poetarum vtriusque linguae Βριαρευς duabus primis brevibus ſit. v. Hom. Il. α, 403. et Theog. v. 149. 714. 734. 817., in quibus omnibus ſimul ε ω in unam ſyllabam coaleſcunt. Probat ſcripturam meam amiciſſ. Reizius, ſed, vt copula adſit, pro τα πρωτα malit δε πρωτα. Robinſ. corr. Τῳ Βριαρεῳ δ' ὡς — Fatendum interim eſt, non raro tales verſus reperiri, ubi pro dactylo tribrevem adhibuerunt poetae ab initio maxime verſus, in quo loco forte accentus pronunciationis poterat metrum ſuffulcire.

623. δηθα — Adſutum et hunc verſum putat Heynius.

628. συν κεινοισι νικην. Sic vitioſe ſcriptum in plerisque editt. Semper in νικη prima producitur. Deinde v, 630. Τιτηνες θεοι ſunt Cronus una cum fratribus.

634. οὐς — ενηθεισα. Repetitum hoc poteſt videri e v. 625., ubi meliori iure adponi potuit. Itaque verſum uncis circumſcripſi.

636. εμαχαντο correctoris oſcitantia praetermiſit. Scr. εμαχοντο.

638.

638. ἰσον τελος τετατο πτολεμοιο. *Aequali adhuc fortuna in pugnis uſi fuerant.* Τελος πολεμοιο pro πολεμος notum eſt ex Homero, qui et ipſe ſaepe ſic loquitur. Alias eſt: θεος ἰσον τεινει πολεμου τελος, vel, μαχη επι ἰσα τετατο. Rationem translationis optime diſces ex Il. ο, 410. ſqq. coll. ſimili loco μ, 433. Vſ. ſq. κεινοισι Centimanos deſignat, quos ut benevolos ſibi et audaces reddat, bona fercula iis adponit Iupiter. Nam hunc ad παρασχεθε extrinſecus intelligimus.

642. ὡς νεκταρ — Additamentum alienae manus hoc eſſe, putant Guiet. et Heyn. Mihi quidem verſus nunc ferendus videtur.

651. — 3. μνησαμενοι φιλοτητος κ. λ. — *memores beneficii noſtri et operae, qua vos e carcere veſtro in lucem iterum reduximus.* Pro απο δεσμου non ſcrib. ὑπο δ., quod Stephanus metri cauſſa praeferebat. Ultima enim in δυσηλεγεος etiam leni vocali ſequente ob caeſuram produci poteſt. Ita Scut. 102. αμωμητος Ιολαος, et v. 340. διογνητος Ιολαος. Verſus ἡμετ. ſine dubio e duabus gloſſis conflatus eſt.

656. ὁτι περι (corr. πέρι) μεν πραπιδες, περι δ', εστι νοημα, Guiet. emend. περι σοι πραπιδες. Malui pro εστι ſcribere εσσι, quod magis Homericum eſt.

657. αρης. Ita et Scut. 29. et 128. ſcribitur: ſed omnibus his locis videtur reponendum αρεως, quod et in Homero fecerunt veteres Grammatici, vt Il. ξ, 485. α, 213. In αρα (damnum) prima ſyllaba ab antiquioribus certe intenditur, quae brevis contra eſt in Αρης. De hac permutatione v. d'Orville Vann. crit. p. 390.

659. ἀψορρον δ' εξ. Hoc loco δε prorſus inutile eſt. Delevi cum Guieto. V. ſq. ανωλεθρα παθοντες h. *praeter omnem ſpem.*

664. Viſum eſt poetis argumentum hoc pugnae inter deos et monſtra viribus praevalida in primis accommodatum, quod animos rerum miraculis ac portentis movere poſſet. Ita-

 que,

que, cum Titanum religio omnino exoleviſſet, novum monſtrorum genus inventum, Gigantum, eorumque pugna cum diis ad Phlegram et Pallenen in Theſſalia. Variatum eſt tantum, novis nominibus ſubſtitutis, argumentum, nec Heſiodus, qui tamen Gigantes (v. 185.) ex ſanguine Urani natos memoraverat, illius meminit; vt adeo auctore Theogoniae recentius videri poſſit; etſi eius rei, cur omiſerit, cauſſae eſſe poſſunt plures nobisque incognitae illae. *H.*

671 — 3. *των εκατον* — Dubito, an hi verſus, quos ſupra v. 150. ſq. legimus, ab ipſo auctore repetiti ſint. Plures huiusmodi repetitiones in Homero quoque agnoſcimus, quas interdum magis probabile eſt a recitatoribus quam a poeta factas eſſe.

678. *δεινον δε περιαχε.* Temere reponi vult Guiet. *υπερ-ιαχε.*

688. *εκ δε τε πασαν φ. β.* H. e. *εξεφαινε πασαν βιην.* Omnibus ergo viribus ſovi opus eſt ad debellandos Titanes. Dignius deſcribitur Meſſias Angelos rebelles fulmine ſuo terrens, vt notat Robinſon, a Miltono P. L. VI, 853.

Yet half his ſtrength he put not forth, but check'd
His thunder in mid voly; for he meant
Not to deſtroy, but root them out of Heav'n.

Verum alios deos Heſiodi, alios Miltoni aetas norat.

691. *ικταρ· ευθεως, εκ του συνεγγυς, ως απο του ικνουμαι, ικταρ, ικτικως, ταχεως· η αντι του εγγυς, εκ του παρεπομενου, επειδη ο αφικνουμενος εγγυς γινεται· χρωνται δε οι Τραγικοι ταυτη τη λεξει.* Schol. Erit ſic idem, quod ante *συνωχαδον*. Cf. Heſych. h. v. ibique Interpp. De ſingulorum verſuum eximia virtute monere ſuperſedeo, quam qui non ſentit vix dignus eſt, cui antiquum poema in manus veniat.

697. *Τιτηνας χθονιους*, *Terrae filios*, alibi *Γηγενεις* dictos.

700. *καυμα κατεχε Χαος.* Quam h. l. vim habeat *Χαος*, incertum eſt diſſenſu Interpretum. Alii pro coelo ſive aëris immen-

immenſitate accipiunt, quo ſenſu vocem ſubinde uſurpat Ariſtoph., vt Av. 192. Nub. 424. 627. Ibi Gloſſa: Χαος· τον τοπον εν ᾧ ὁ αηρ. Alii, ſi non loquendi uſui, Iovis tamen maieſtati magis conſentaneum putant, ſi is ultra terrae noſtrae fines fulmina torqueat; et ſic de locis inferis χαος intelligunt. Cum his facio, motus maxime v. 814., ubi Titanes *ultra Chaos*, quod adeo pro parte inferorum haberi debet, habitare dicuntur. Et ſaepius hac vi vocabulum ponunt Latini. v. Virg. Aen. VI, 265. Ovid. Met. X, 30.

701. ſqq. εισατο — Bene haec declarat Graevius: *Simile autem videbatur, atque ſi coram oculis quis adſpiceret, et auribus vocem audiret.* Sed οσσα hic de confuſo ſonitu ſumi videtur. In caeteris interpunctionem mutavi, maiorem ponendo poſt ακουσαι. Nam ſequentis imaginis hanc vim video: *Qualem, ſi rueret coelum ac cum terra miſceretur, fragorem audires: talem tumultum tunc excitabant dii in Titanas irruentes.* Eandem clauſulam, vt v. 705., habet ſimilis locus Hom. Il. υ, 66.

706. εσφαραγιζον. Gloſſam explicat Heſych. εσφαραγιζον· εδονουν μετα ψοφου.

709. οτοβος. Schol. Γραφεται και κοναβος, και σημαινει αὐτη ἡ λεξις τον θορυβον. Deteriorem habet noſtram lectionem Graevius.

721. ισον γαρ — Merito hunc verſum abſurdum ſtolidi Grammatici emblema vocat Ruhnkenius, et miratur illud tot Criticorum acumen effugiſſe. Verſus Homerici, unde gloſſema fluxit, exſtant Il. Θ. 13., quibus Iupiter minatur:

Η μιν ἑλων ῥιψω ες Ταρταρον ηεροεντα
τηλε μαλ', ἠχι βαθιστον ὑπο χθονος εστι βερεθρον,
ενθα σιδηρειαι τε πυλαι και χαλκεος ουδος,
τοσσον ενερθ' Αϊδεω, ὁσον ουρανος εστ' απο γαιης.

Idem ſentiebat Heynius. Caeterum notus eſt Apollodori locus in principio, qui ad genuinum vſ. 720. reſpicit.

722 — 5. ἐννέα — ἴκοι. Notent lectores hanc ſimpliciſſimam rationem definiendi locorum intervalli, ſimilem illi Il. β, 123 ſqq., ubi numerus Achaeorum et Troianorum comparatur. Talia nos quidem nunc vulgo ad *ſermonem poeticum* referre ſolemus, qui vocabula technica ſtudioſe fugiat. Sed in vetuſtioribus poetis, quorum formam loquendi recentiores imitantur, aliter rem iudicandam eſſe, facile eſt ad aſſequendum.

727. περὶ δειρὴν, *circumcirca*. Sic intelligo. Loquutio alias mihi nondum obvia fuit.

728. πεφυυῖα ſcrib. extrito κ, vt editt. Trincav. Steph. Heinſ. et Wintert. exhibent. Πεφυκυῖα antepenultimam productam haberet: (v. ad v. 986.) quamobrem in Homero, ſi quando occurrit vocabulum, ſemper ſine κ ſcribitur. Caeterum idem verbis parum variatis continet hic verſus, quod ſtatim ſubiicitur a v. 736. Quippe hic iam de magno Inani ſupra Tartarum agi videtur.

731. χωρῳ — γαίης. Ipſa verborum iunctura falſatricem manum arguit, vt recte notarunt Intpp. Mox quod Neptunus dicitur Tartarum muniviſſe portis, quae exitum Titanibus praecluderent, non Vulcanus, recte mireris. Cauſſam commenti unam hanc video, quod hoc tempore, de quo nunc ſermo eſt, Vulcanus ex Heſiodi mente nondum natus fuerit, quem tum demum, cum Iovis imperium iam ſtabilitum erat, prodire videmus vſ. 927. Ita hoc loco neſcio an commode poeta Vulcanum inducere potuerit.

736. ſqq. Hinc novo quaſi exordio facto, vt aliud poema ſequutus videri poſſit Heſiodus, mira ſubiicitur locorum inferorum chorographia, digna tamen, quae diligentius excutiatur, cum antiquiſſimorum hominum commenta, et ex parte fundum philoſophematum ſuper locis inferis contineat. Redit primum hoc verſu (male enim de Tartaro agere poeta putatur) ad intervallum illud, quod eſt inter Tartarum et Terram

ram per novem dierum delapſum patens: in hoc ſunt radices et fundamenta univerſi: ſuperne, puta, Terrae, Maris et Coeli, quod Terram cum Mari ambit, infra Tartari: ingens Inane, procellis horrendis vexatum, vt aegre tranſiri poſſit per integrum annum. v. 740–4. Iam in hoc Inani (ad quod adeo aditus patere debet per occidentem terrae noſtrae, ſi infra extrema Oceani deſcenderis) Noctis eſt domus, ante quam Atlas excubat Coelum humeris et manibus ſuſtinens. v. 746. ſq. (Et hinc intelligitur, quomodo Atlas, mons extremae Africae, in ſyſtema Hellenicum migrarit. In phyſiologia ille Coeli fulcrum erat, et ſuſtentaculum in extremo occidente, ubi deſcenſus eſt ad loca infera.) Ex hac domo partitis inter ſe vicibus prodeunt, eodemque redeunt Nox et Dies. Suaviſſimus hic locus a v. 748. Porro in hoc Inani (nam ſic accipiendum eſt ἐνθα v. 767. et 775. ἐνθα δε) eſt domus Hadae et Perſephones, cui Canis accubat: in eodem Styx habitat in antro immenſo, ad quod fons eſt, per quem dii iurant. *H.*

736. ἐνθα δε κ. λ. In ſequentibus dubito an omnia ab Heſiodo ſint et ſatis ſana. Partim haec iam antea dicta, partim verſus ab Homero mutuati ſunt, vt ſtatim v. 739. ex Il. ν, 65. Vſ. 741. malit Guietus ἴκοι᾽ εἰ — γενοιο, ſecunda perſona; ſed forte τις intelligi debet. Tum conſtr. θυελλα προφερουσ᾽ ἀλλην ἐνθα καὶ ἐνθα. v. Hom. Il. ζ, 346. ν, 63. *Una ex alia procella eum modo huc, modo illuc abriperet.*

748. ſq. ὀθι Νυξ — Ductum hoc eſſe ab iis, qui per vices vigilant et ſe mutuo evocant, monet Heynius, qui ſimul laudat locum ſimilem, ſed obſcuriorem, Homeri Odyſſ. κ, 82. ſqq. Tota noſtra ῥησις eximium ornatum habet ab allegorico dicendi genere. Pro vulgata lectione ἀμφις ιουσαι, quam Heyn. quoque praefert, alii exhibent ἀσσον ἰ., quod iam textus Wintertoni tenet, alii iique antiquiores θασσον, facili corruptione. Cum Graevio retinui ἀσσον, vt magis aptum, ſi ad ſequentia ἀλλ. προσειπον referatur. Quamquam vulgatum non minus bonum

ſenſum

ſenſum praebet. Vſ. 750. Guietus corr. καταδυεται. Sed futurum a Graecis ſaepius pro Aoriſto poni ſolet.

754. μιμνει την αυτης — Male idem Guiet. mutat της αυτης, et ad ἱκηται ſupplendum monet ἡ ὥρα, in quo eius iudicium ſequitur noviſſima editio Lipſ. Error inde natus eſt, quod putabant αυτης ad alterum perſonam pertinere, quae ſuper terra moratur, non ad hanc, quae alterius reditum nunc exſpectat. Dictum vero eſt την αυτης ὡρην ὁδου pro την ἑαυτης — v. ad vſ. 470. Et notiſſimus ſimul verbis ineſt graeciſmus, cum proprie dici deberet μιμνει, εστ' αν ἱκ. ἡ ὥρα: vt in illo Εργ. v. 628. ὡραιον μιμνει πλοον, εισοκεν ελθῃ. Sequentia ἡ μεν — ηεροειδει. uncis notata, licet dicta eleganter, ab alia tamen manu veniſſe docet Heyn. Et ſane minus bene cohaerent cum prioribus, neque recte ſequentibus reſpondent: et ſimillimi ſunt verſus gloſſemati, quod quis ad perſonas accuratius deſignandas adſcripſerat. Ultimus Νυξ ολοη — magis etiam reliquis claudicat.

759. ſq. ουδε ποτ' αυτους — Sententiam eandem iisdem paene verbis de Cimmeriis ſuis habet Hom. Od. λ, 15. ſqq.

ουδε ποτ' αυτους
Ηελιος φαεθων επιδερκεται ακτινεσσιν,
ουδ' ὁποτ' αν στειχησι προς ουρανον αστεροεντα,
ουθ' ὁταν αψ επι γαιαν απ' ουρανοθεν προτραπηται.

Hinc haud male cenſet Clericus noſtros verſos eſſe expreſſos, quorum ſimilitudo certe tanta eſt, quantam vix aliquis fortuito venire dixerit. Quae mox ſequuntur a v. 762. de Somno ac Morte, admirandam pulchritudinem ea habent ex antiqua ratione loquendi. Extremum vſ. ita intelligo, vt Θανατος dicatur inviſus eſſe vel illis, quorum tamen vita in eius poteſtate non eſt, diis immortalibus.

767. Ενθα θεου χθονιου — Guietus coni. θεων χθονιων; dubito an vere. Ad utrumque numen referri poteſt etiam ſingularis: et quaeri adhuc licet, num ſequens verſus Heſiodeus ſit, quem expli-

explicandi cauſſa adſcribere aliquis potuit ex Hom. Od. κ, 534. λ, 47. Χθονιος h. l. eſt pro καταχθονιος. Δομοι ηχηεντες, quos *magnos* nunc vulgo intelligimus, *domus alte concameratae* ſunt, vt per quas fortius vox reſonat, vocabulo a iudicio aurium deſumto. Huiusmodi verborum plenus eſt Heſiodus et multo magis Homerus, quae cultioris noſtri ſermonis indoles nec patitur nec poetae ſuppeditat, quod cum ſexcentis aliis cauſſis facit, vt perfecta verſio Homeri inter αδυνατα referri debeat.

774. ιφθιμου — Iure hunc vſ. exterminat Ruhnken., eumque a cod. Pariſ., quem tractaverat, abeſſe dicit.

780 — 3. παυρα — Hi verſus, ſi ſenſum diligentius ſpectes, ita inepti ſunt, vt nihil ſupra, et Heyn. eos iam antea ſuſpectos fecerat. Tamen uncis his, ſi alibi usquam, mihi ipſe non ſatisfacio. Praeſertim verba και ῥ' ὁστις ψ. ε. δ. εχ. tam arcte cohaerent cum ſeq. verſu, vt amoveri vix poſſint. Docemur, puto, talibus exemplis, quantopere corrupta et turbata fuerit Theogonia iam primis temporibus, quantisque lacunis oppleta, quas recentiorum demum vel ingenium vel manus impari fortuna expleviſſe videtur. Pro αγγελιης πωλ. emend. Guietus αγγελιη, ad quod ſupplet συλ. Sed nihil opus eſt, et ſi quid eſſet mutandum, praeferrem equidem αγγελιην, vt Hom. loquitur Il. λ, 140. Poterit vero ad genitivum intelligi ἑνεκα, quemadmodum itidem Hom. Il. ν, 252. ηε αγγελιης μετ' εμε ηλυθες.

789. Ωκεανοιο κερας. Κερας fluvii pars eſt vel brachium, quo ſenſu etiam Latini *cornu* dicunt. Explicat vocabulum Strabo X. p. 458. Homerus eius loco utitur voc. απορρωξ, vt Od. κ, 514. ubi Cocytus Stygis dicitur απορρωξ. Ita omnes fluvii, vt ex mari orti, Oceani brachia vocantur a poetis. Apollon. Rhod. IV, 282. Iſtrum vocat ποταμον, ὑπατον κερας Ωκεανοιο. Ibi Schol. Κερατα λεγουσι του Ωκεανου παντας τους ποταμους τους απ' αυτου καταφερομενους. Sequentes duo verſus miram habent deſcriptionem Oceani, qualem nusquam apud Homerum reperi. Caeterum ſeptem hos

vſſ.

vſſ. a 786. ad 792. ſpurios iudicat Guiet., neſcio quo conſilio; forte quia obſcuri erant.

793. ſqq. ὁς κεν — Quam ſancte iurisiurandi fides ſervanda ſit, ſedulo inculcant antiquiſſimi poetae, eoque conſilio ad deos adeo, quos virtute non ſuperiores hominibus fingere poterant, transferunt eiusmodi poenas, quas hominibus periuris infligi vellent, diis profecto ad noſtrum ſenſum parum dignas. Την intell. διὰ την Στυγα. In ἀπολειψας vt conſonam duplicarem, non neceſſarium erat. In compoſitione enim, etſi rarius, particulae ἀπο, περι, επι praeſertim ſequente λ poſtremam producunt vocalem. Pronunciando tum litteram geminaſſe videntur. Sed maius eſt, quid ſit et unde deductum ἀπολειψας. Qui verterunt *libans*, cum Graevio ab ἀπολειβειν eſſe putant, vt pro ſimplici λειβειν dictum ſit eo modo quo pro σπενδειν eſt ἀποσπενδειν. Alios, qui ab ἀπολειπειν deduxerunt, inſanire ait Graev. Eos tamen, ſi hoc exponerent *fidem deſerens*, non ita inſanos eſſe crederem. Altera nempe interpretatio hanc habet difficultatem, vt de libatione inter deos dicat poeta. Sed ita hoc forſan accipiendum, vt in eo quoque hominum mores ad vitam deorum poeta traduxiſſe putetur. v. Hom. Od. ξ, 331. τ, 288. Επιορκον adverbium Guietus inſcite mutat in επιορκος.

795. κειται νηϋτμος h. *expers ſpiritus*, ἀϋτμης. Rarior gloſſa eſt; et aliam ſcripturam proponit Etym. M. p. 605. l. 29. νηύγμος. Ἡσιοδος· Κειται νηϋγμος· ἀπνους, ἀφωνος. Poſterior explicatio videtur indicare, nonnullos vocabulum duxiſſe non ab ἀϋτμη, ſed ab ἰύγμος. Ipſe poeta mox explicavit ἀναπνευστος καὶ ἀναυδος.

802. οὐδὲ ποτ' ες βουλην επιμισγετ'. Notanda eſt haec conſtructio verbi, quod ab Hom. ſemper cum dativo ponitur. Simplex autem μισγομαι ſubinde ſequitur particula εις. Hinc non neceſſarium erat επιμισγεται legi hoc et ſeq. verſu.

804.

804. ειρκις αθανατων. Recepi hanc Ruhnkenii emendationem pro vulgato ειρεας. Nusquam alibi forma ειρεα legitur, quam si Glossographorum aliquis apud Hesiodum reperisset, certe non neglexisset. Durius etiam accusativus positus esset. Pro ειρα alibi usitatius scribitur ἱρα. V. Eustath. ad Il. σ, 531. p. 1160. l. 37.

806. ωγυγιον. De potestate vocis sat egerunt VV. DD. v. vel Potteri Antiqq. graec. T. I. p. 11. Post Graevium autem omnes, quos vidi, constanter iungunt ωγυγιον cum remotiore ὄρκον, non cum ὕδωρ, quod posterius tamen, vt multo aptius et verborum iuncturae convenientius, praeferendum duxerim. Neque video, quid obstet, cum etiam Callimachus hoc modo habeat παλαιοτατον ὕδωρ Hymn. I. v. 40. vt quo ipso nostrum adiectivum explicatur.

807 — 19. Ενθα δε Γης — Ad verbum hic repetiti sunt quatuor versus e superioribus a v. 736., quod nemo facile dixerit poetae consilio esse factum. Mox versus Theogoniae 811. vix verbo mutato exstat ap. Hom. Il. Φ, 15. Porro quod v. 814. dicitur de Titanum domicilio, paullo superius etiam legimus vss. 729. 30., ubi id, quod ibi est ὑπο ζοφῳ ηερο-εντι, exprimitur nunc περην Χαεος ζοφεροιο. v. ad v. 700. Tandem qui de Centimanis subiicitur locus, non minus repetitus est e vss. 734. 5. Sed et nova et a nemine forte praeter Hesiodum memorata fabula de Cymopolea filia Neptuni a v. 817. accessit. Si de prioribus illis vix dubium esse possit, quin spurii sint, certe hoc loco non ferendi, extremos tamen hos versus propter mythi insolentiam nemo expungat. Hos equidem uncis non complexus essem, si minus arcte cum reliquis iuncti fuissent.

820 — 880. Alius mythus similis illi de Titanum pugna, ignes sub terra alitos ingenti cum Terrae ruina et locorum devastatione, erumpentes referens, est de Typhoeo, qui a poeta incredibili cum vi poetica et ingenii et sermonis ad terrorem faciendum accommodata tractatus est. Ex his et similibus

libus locis poetarum antiquiſſimorum character conſtituendus eſt, quo aſſurgere illis licuerit: nam ſimile quid ſeriorum poetarum ingenia non protulere: et piget, Heſiodeum ingenium non tam ex hoc et ſimilibus, in primis in Herculis Clipeo, ſed ex iis partibus aeſtimari, quae tenuiora ſunt et ex placido ac mediocri genere. Cum ſemel animis inſideret notio ea, vt erumpentes ex montibus ignes viderentur iaculari coelum; proclive fuit ingenium hominum ad Gigantum monſtra fingenda, quae bellum moverent diis. Etiam hoc conſentaneum, quod ex Typhoeo venti procelloſi nati dicuntur. Plures autem poetas, et novis quidem ornamentis, hunc mythum de Typhoeo ſeu Typhone verſaſſe, conſtat vel ex Apollodoro 1, 6, 3. *H.*

823. *χειρες εασιν επ' ισχυϊ εργματ' εχουσαι.* Vertunt vulgo nullo idoneo ſenſu: *Cuius manus ſunt ob robur occupatae.* Iam Guietus in his inconcinni aliquid ſentire debuit, qui pro *εργμ. εχουσαι* reponi iubeat *θαυμα ακουσαι*! Sed hoc idem *θαυμα ακουσαι* repetat aliquis de eius coniectura. Peior etiam Clerici ratio eſt. Quid ergo ſi legamus *ισχυος*, coniungendo *επεχουσαι εργματα ισχυος*? *manus eius vel fortiſſimos impetus repellunt et contundunt.* Ita Pind. Iſthm. IV, 116. *ισχυος εργον*, et ne longius quaeramus exemplum, *εργον βιης* ap. noſtrum ſupra habemus v. 677. Forte tamen et hoc durum erit, et praeſtabit cum Heynio emendare: *επισχερω εργμ. εχουσαι*: *manus continuo, ſine intermiſſione laborantes; και ποδ. ακαματοι, et pedes indefeſſi ſunt.* Locus, vt nunc eſt, vix ſanus eſt.

826. *γλωσσησι δν. λελειχμοτες.* Poſitum videri poſſit maſculinum pro feminino; cuius inſolentioris formae exempla ſuppeditant auctores de diall.; vt *πυραν τελεσθεντων, σπονδαν εοντων.* In Homero ipſo Il. Ψ, 455. *πληγεντε περαυνῳ* eſt de ſolis deabus. Cf. omn. Schol. ad Soph. Oed. Colon. vſ. 1747. Neſcio vero an praeferenda ſit Guieti coniectura *λελειχμοτος*, vt non cum

περα-

κεφαλαϛ, sed cum οφιος iungatur participium. Vs. sequentem πασεων, inutile glossema, primus detexit Ruhnkenius; ego uncis coercui.

831. φθεγγονθ', ὡστε θεοισι συνιεμεν. Depravata, si non interpolata, mihi videntur haec, quorum ne grammaticam quidem rationem satis video. Nihil dativus habet, unde pendeat. At sententiae vis, si recte adsequor, haec est: *Modo tam immanis contentio vocis erat, vt vel dii in Olympo eam audire, percipere possent, modo* &c. Totum versum expungit Guiet.

839. sqq. σκληρον δ' εβροντησε κ. οβριμον — Aures obesas profecto haberet is, qui ad horum versuum et huius numeri maiestatem penitius sentiendam me monitore egeret. Singula paene verba rauca tonitrua Iovis imitantur, et totius naturae tumultus audire sponte nos cogunt.

843. ορνυμενοιο ανακτος. Insurgit Iupiter toto corpore, vt eo longius proiiciat fulmina (cf. v. 855.): at sub pedibus eius (πασσιν ὑπ' αθανατοισι) concutitur Olympus, et ima tellus ingemiscit. Argutius quam verius Miltonus P. L. VI, 832.

Under his burning wheels
The stedfast Empyrean shook throughout;
All but the throne itself of God —

845. ὑπ' αμφοτερων — πυρος τ' απο — ὑπ' αμ. n. a Iove et Typhoëo, vt bene Schol. Post πυρος copula videtur necessaria, etsi nulla edit. agnoscit. Seq. versus πρηστηρων suspicione saltim non caret. Alibi, qui h. l. sunt πρηστηρες ανεμοι, simpliciter dicuntur πρηστηρες, *turbines ignei*, de quorum natura v. Plin. II, 48.

850. sq. τρεσε δ' Αϊδης — Cum hoc splendidissimo loco neminem pigebit comparasse simillimos versus Hom. Il. υ, 56. sq., quos Longinus Sect. IX. tantopere miratur, et sequioris aevi poetae certatim expresserunt:

Δεινον δ' εβροντησε πατηρ ανδρων τε θεων τε
ὑψοθεν· αυταρ ενερθε Ποσειδαων ετιναξε
γαιαν απειρεσιην, ορεων τ' αιπεινα καρηνα.

παντες δ' εσσειοντο ποδες πολυπιδακου Ιδης,
και κορυφη, Τρωων τε πολες, και νηες Αχαιων.
εδδεισεν δ' υπενερθεν αναξ ενερων Αϊδωνευς·
δεισας δ' εκ θρονου αλτο, και ιαχε, μη οἱ υπερθε
γαιαν αναρρηξειε Ποσειδαων ενοσιχθων,
οικια δε θνητοισι και αθανατοισι φανειη
σμερδαλε', ευρωεντα, τα τε στυγεουσι θεοι περ.
τοσσος αρα κτυπος ωρτο θεων εριδι ξυιοντων.

Verſus, qui ſequitur in Theogonia, unus ille eſt, in quo velut obiter mentio iniicitur Croni, cum reliquis Titanibus in Tartarum deiecti. Verba iterum paene Homerica ſunt ex Il. ξ, 274., ubi memorantur οἱ ενερθε θεοι, Κρονον αμφις εοντες, qui explicantur deinde v. 279. ὑποταρταριοι, οἱ Τιτηνες καλεονται. Haec tanta ſimilitudo vereor ne alicui recte ſcrupulum iniiciat.

857. ἱμασσας πληγῃσιν h. e. *fulmine:* ne cui in animum veniant pugni, vt male in quibusdam Hom. locis formulam accipiunt Intpp. Ita quoque ſtatim κεραυνωθεντος et πληγεντος ſynonyma ſunt.

867. ὡς αρα — Hunc quoque verſum inter gloſſulas refert Ruhnkenius, in quo iudicio non omnes habebit adſtipulantes. Perſpicuitatis et ſimplicitatis notam habet haec rei comparatae nova repetitio. Et ſunt in Homero non raro huius tenoris verſus, vt Od. τ, 208. π, 219. al. E quo genere tamen unus et alter ſerioris additamenti ſpeciem praefert, vt v. c. Odyſſ. ε, 330. ὡς την.

869. ſq. Εκ δε Τυφωεος (ſic enim corrig. ſphalma Τυφωεως) εστ' Ανεμων μενος h. e. ανεμοι; vt πυρος μενος. Ovid. Met. I, 26. *ignea vis* pro *igne* ſimpliciter. — Duo hic animadvertenda ſunt: unum, quod praeter ventos, quos vocant cardinales, etiam alios novit Heſiodus, cum in Homero contra non niſi illorum mentio fiat: alterum, quod hos potiſſimum, Notum, Boream et Zephyrum, bonos et utiles habet, caeteros autem ventos vt noci-

vos

vos ac procelloſos deſcribit. Huius quidem rei cauſſam equidem video omnino nullam, et feliciori ingenio eam indagandum relinquo. Quod praeterea Eurum et hic omittit poeta, ventum ſaepius Homero dictum, ſupra iam monuimus. Ita Heſiodus in aliis doctior, in aliis inferior doctrina videtur eſſe Homero; vt mirandum ſit, hunc locum a nemine adhuc ad aetatem utriusque definiendam adhibitum eſſe. Ex θεοφι (ita ſcrib.) n. Aſtraeo et Aurora. V. ad vſ. 379. ονειαρ. Suidas: ονειαρ· πυρ' Ησιοδῳ ἡ ωφελεια. Quaſi non et aliis hac notione uſitatum ſit vocabulum.

872. αἱ δ' ἄλλαι μαψαυραι. Induxi hanc ſcripturam, quam Graevio aliisque unice placere videbam, atque antiquiorum edd. conſenſu Grammaticorumque auctoritate poſſe defendi. Ita enim et in Schol. noſtris et alibi explicant: Μαψαυραι· κεναι και ματαιαι πνοαι, οἱον Καικιας, Θρᾳκιας. Parum tamen abeſt, quin alteram lectionem μαψ αυραι nunc veriorem cenſeam. Scilicet notio iſta vocis μαψαυραι, a Lexicographis vulgo adoptata, ſi ſequentia ſpectes, minus hic apta eſt; et rectius forte iungeretur μαψ επικνεουσι: *temerario conſilio in mare irruunt.* Hoc ſenſu paſſim particulam ponit Homerus, qui et ipſe quaſi explicat, μαψ και ου κατα κοσμον. Alterum quidem magno quoque Bentleio probatum, cum in Callim. Fragm. LXVII. (p. 441. Ern.) idem reponeret: ſed an illo loco ita neceſſaria ſit correctio, alii viderint. Heſiodus certe ea carere poterit.

877. κεινῃσι reſtitui pro vulg. κεινοισι, omnium librorum lectione. Alienum eſſet, denuo nunc intelligere ανεμοις, cum conſtanter femininum legatur in his verſibus, relatum nempe ad αυραι. Sic ſcrib. etiam συναντωσι ſine importuno illo ν, quod poetis toties obtruſerunt librarii. Paullo ante αεισι pro αησι bene reſcripſit Graevius ex Etymol. M. p. 22. l. 12.

879. *εργ' ερατα ανθρωπων.* Vulgata poteſtas eſt vocis *εργα*, ubi de ipſis agris ponitur, vt Hymn. in Cer. v. 93. *πολιας και πιονα εργα.* Hinc h. l. *εργ' ερ. ανθ.* in primis ſunt *laeta fata*, quae multo labore coluerunt homines. Hoc oſtendit ſeq. verſus, ubi *κολοσυρτον* dicit *ſtrepitum palearum, quas per terram venti diſpergunt.* Schol. Κολοσυρτον την εκ φρυγανων λεγει κονιν. — Διαφερει δε κονις κολοσυρτου. Κολοσυρτος γαρ ὁ των φρυγανων συρομενων θορυβος. Alia porro adſcripta ſunt ſimilia iis, quae habes in Schol. ad Ariſtoph. Pl. 536. Sed cf. Intpp. ad Heſych. h. v.

881 — 962. His geſtis Iupiter honores et praemia inter deos, qui a ſuis partibus ſteterant, diſtribuit. Sequuntur hinc fabulae de Deorum natalibus, interpoſitis brevibus narrationibus, et primum quidem de iis diis, quos Iupiter progenuit: Minervam quidem a Metide conceptam; quae antiqua allegorici argumenti eſt fabula, ſenſu haud difficili ad aſſequendum. Tum ex deabus ſuſcepti Iovis liberi recenſentur: ex Themide Horae: Eunomia, Dice, Irene; ex Eurynome Oceani filia, Charites; ex Cerere Proſerpina; ex Mnemoſyne Muſae; ex Latona Apollo et Diana; ex Iunone Hebe, Mars, Ilithyia. Interponuntur poſthac a v. 927. aliorum deorum amores. Ex ſe ipſa Vulcanum genuit Iuno; Neptunus ex Amphitrite Tritonem; Mars ex Venere Fugam et Metum cum Harmonia. Tum v. 938. tres dii memorantur a Iove ſuſcepti, ſed duae ex puellis mortalibus, ex Maia Mercurius, ex Semele Bacchus, et ex Alcmena Hercules. Duxere porro v. 945. Vulcanus Aglaiam, Dionyſus Ariadnen, Heben Hercules. Ex Perſeide tandem Oceanide Sol Circen et Aeeten genera vit, Aeetes autem ex Idyia Medeam. *H.*

882. *τιμαων ενεκα*, ſpe praemiorum, quae Iupiter diis pollicitus erat ante pugnas. Vſ. 392 ſqq. Et de hac vocis *τιμη* poteſtate, quae ſupra etiam adfuit, v. Hemſterhuſ. not. ad Lucian. T. I. p. 285. *Τιτηνεσσι κριναντο*, hoc eſt, *επολεμισαν Τιτησι.*

888. ὅτε δὴ ῥ' ἤμελλε. Melius forte scribetur ὅτε δ' ἤ ῥα ἔμελλε e Galeno, qui huius loci meminit De Hippocr. et Plat. dogm. l. 3. extremo. Vs. sq. ad φρένας suppl. της Μητιδος.

900. ὡς δὴ οἱ φρασσαιτο. Non dubitavi, Heynii monitu uncinis sepire versum, quem sententia sua parum commendat. Verbum φρασσαιτο quidem accipere possis pro ἐφράσατο, usu optativi pro indicativo Atticis postea scriptoribus frequentato, de quo vid. H. Stephan. in App. ad Thesaur. gr. de Diall. c. 5. Ap. Galen. l. c. legimus ὡς δ' οἱ συμφράσσαιτο, et versus collocatur post 890. αἰμυλίοισι — Mox ἀγαθον τε κακον τε veteri sermone dicitur *eventus rei, rerum scientia.* Nota res ex Homero et mytho Mosaico de primo delicto hominum. Praecipue conf. Odyss. ν, 310.

903. αἵτ' ἐργ' ῳρευουσι καταϑ. βρ. *Quae custodiunt ac tuentur res et instituta hominum.* Maxime id faciunt *bonae leges, iustitia, pax.* Restituit hunc egregium sensum Ruhnkenius, corrigendo ῳρευουσι pro vulg. ὡραιουσι, quod partim pro ὡραιουσι, partim pro ὡραϊζουσι accipiebant, et vertebant *venustatem conciliant;* repugnante utique ratione sermonis. Ὠρεύω autem pro ῳρεω recte dicitur. Emendationem confirmat praecipue scriptor, quem recreatum avide expectamus a Cel. Villoisoni manu, Cornutus N. D. c. 29. Ζευς λεγεται γεννησαι τὰς Ὥρας, ὑφ' ὧν τα ἀγαϑα παντα καϑ' ἡμας ὠρευεται καὶ φυλαττεται.

904—6. Μοιρὰς — κακὸν τε. Iterum inclusa vides haec. V. supra v. 217., unde verba plurima huc translata sunt. Hic vero Parcae, quae ibi sunt Nocte prognatae, matrem Themidem habent: quae varietas, etsi in fabulis ipsis sollennis, si in uno eodemque carmine occurrat, nequaquam ferenda erit, et alteruter locus pro interpolato habendus. Posteriorem hanc genealogiam adoptavit Apollod. I, 3, 1., sed is vel interpolatam Theogoniam, vel alium mythorum auctorem sequi potuit. v. Ruhnk. Ep. cr. p. 91. Contra Tzetz. priores tantum

verſus genuinos habuiſſe videtur, ad Lycophr. v. 144. Robinſon tamen maxime coactam interpretationem maluit ſequi, quam vi agere in bonos verſus.

909. Αγλαΐην και Ευφροσ. Adiectam copulam verſus poſtulabat, quam alii auctores, qui h. l. adducunt, non negligunt; neque bene και ante vocalem poteſt produci. De mytho cf. Pauſ. Boeot. c. 35. Sequentium vſſ. των — δερκιωνται dulcedinem pro ſe quisque animadvertit.

914. μητιετα Ζευς. Interponam hic pauca a Reizio viro optimo ad me ſcripta de ratione accentus in voce μητιετα: „Scribendum utique eſt μητιέτα, non μητίετα, vt alibi recte νεφεληγερέτα, non νεφεληγέρετα. Haud quidem negem, Aeoles in hac forma nonnumquam accentum retraxiſſe, vt, ὁ Μύριλλα αντι του ὁ Μυρίλλης: ὁ Κόπαινα αντι του ὁ Κοπαίνης. Sed dubito, an id in omnibus nominibus fecerint; nec uni Aeoles hac forma uſi ſunt, ſed etiam veteres Attici, qui accentum in ea non retraxerunt. Magnum auctorem habes Euſtathium, qui ad Il. α, 175. p. 57. 4. Εστι δε κατα τους παλαιους Βοιωτων και Αιολεων ὁ τοιουτος τυπος του σχηματισμου· διο και τινα εκ των τοιουτων προπαροξυνονται· ὡς ενταυθα το, μητίετα Ζευς. — και εκ του ακακητης το ακάκητα. — προπαροξυντικοι γαρ εισιν οἱ Αιολεις εν πολλοις, ὡς δηλοι και το δύνατος παρ' αυτοις προπαροξυνομενον. Putavi et ego, non omnia huius formae nomina ſolitos Aeoles fuiſſe προπαροξυνειν; ſed idem tamen putavi, nomina omnia generis eiusdem apud Aeoles προπαροξυτονα fuiſſe aut non fuiſſe: κυριω μεν, προπαροξυτονα· προσηγορικα δε, ου. Si μητίετα et ακάκητα dixerunt, cur dixerunt iidem νεφεληγερέτα, ἱππότα, ἱππηλάτα, ευρυόπα, πηνύτα, τοξότα? Sin haec ſunt, vt ſuſpicor, Attica potius, vt ſane αιχμητὰ Λυκαων (Il. ε, 197.) Atticum eſt: nam Aeoles βαρυνται fuerunt, nec ullum nomen acuerunt: num eſt credibile, Homerum in eadem forma, in qua ſequutus eſt in plerisque nominibus Atticos, unum et alterum nomen accentu Aeolico uſurpare maluiſſe?„

915.

915. Μνημοσυνης — Cf. carminis prooemium, quod ſi Heſiodum non haberet auctorem, ſicut ſupra monſtravi, hoc loco utique expectares Muſarum nomina. Illa vero neque Homerus habet, etſi novenarium numerum agnoſcit Odyſſ. ω, 60. Χρυσαμπυκες epitheton eſt a mulierum illius aetatis ornatu ad Muſas traductum. In illarum mundo erant αμπυκες (Hom. Il. χ, 469), quibus comam in fronte colligebant. Facetus eſt Graevius, qui graviter vetat cogitare de *mitris*, quas Ovidius et Iuvenalis dixerint eſſe vetularum et meretricum. Ridiculum hoc eſt; ſed ſimilis error in aliis ſaepe deludit antiquiſſimorum poetarum interpretes.

924. Αυτος — Continuatur nunc vſ. 900. A Galeno l. l. hic verſus citatur:

Αυτος δ' εκ κεφαλης γλαυκωπιδα γειναθ' Αθηνην.

927. ου φιλοτητι μιγεισα. Sic ſcribi debere pro inepto εν φιλ. μιγ., quod conſtanter olim legebatur, res ipſa flagitat, et adfert ita verſum Schol. ad Apollon. Rh. I, 859. Sed, ſi quis adhuc dubitet, maxime diverſas olim inter ſe fuiſſe editiones carminis Heſiodei, videat quaeſo, quanto longiorem hanc ῥησιν ex libro quodam Chryſippi exhibeat Galen. loco laud. et iam ab aliis animadverſo. Ibi haec multis modis depravata leguntur, de quibus reſtituendis optime meruit Ruhnk. Sed, vt ingenium exerceant iuvenes, ſtribliginem ſicut vulgo edunt adſcribam:

Εκ ταυτης εριδος ἡ μεν τεκε Φαιδιμον υἱον,
Ἡφαιστον, τεχνῃσιν, ανευ Διος αιγιοχοιο.
εκ παντων παλαμῃσι κεκλημενος Ουρανιωνων.
αυταρ ὁγ' Ωκεανου και Τηθυος ηϋκομοιο
κουρην νοσφ' Ἡρας παρεδεξατο καλλιπαρηου,
εξαπατων Μητιν και περ πολυ δινευουσαν.
συμμαρψας δ' ὁγε χερσιν, ἑην εγκατθετο νηδυν,
δεισας, μη τεξῃ κρατερωτερον αλλο κεραυνου.
τουνεκα μιν Κρονιδης ὑψιζυγος αιθερι ναιων

καπτιεν εξαπινης· ἡ δ' αυτικα Παλλαδ' Αθηνην
κυσατο, την μιν ετικτε πατηρ ανδρων τε θεων τε
παρ κορυφην, Τριτωνος επ' οχθησι ποταμοιο.
Μητις δ' αυτε Ζηνος υπο σπλαγχνοις λελαθυια
ἡατο, Αθηναιη μητηρ τεκτηνα δικαιων,
πλειστα θεων ειδυια, καταθνητων τ' ανθρωπων.
ενθα θεα παρελεκτο Θεμις παλαμαις περι παντων
αθανατων εκεκαστο Ολυμπια δωματ' εχουσιν.
αιγιδα ποιησασα Φοβεστρυτον εντος Αθηνη,
συν τη εγεινατο μιν πολεμηϊα τευχε' εχουσαν.

Videtur ſimul haecce interpolatio magnam ruinam duxiſſe aliorum verſuum, qui hodie in textu leguntur.

933. ναιει χρυσεα δω. Hoc pro δωμα eſſe, in vulgus notum. Notare debebant Intpp., h. l. poni pro δωματα, quod videtur eſſe rariſſimum.

934. Φοβος και Δειμος, Martis progenies eiusque comitatus. Quam ſplendida et terribilis idea! At quanta cum vi his perſonis utatur priſca poeſis, vid. in Scut. 195. 463. Hom. Il. ο, 119. aliisque locis, quos ibi laudant Intpp.

945. Αγλαϊην — Cornutus de N. D. c. 15. Συνοικειν Ὁμηρος φησι μιαν των Χαριτων Ἡφαιστῳ· τυχαια τα επιχαριτα ειναι τα τεχνικα εργα. Locus Hom. ille pulcherrimus eſt Il. σ, 382. ſqq., ubi Thetis ſudantem in officina Vulcanum convenit. Ibi communi nomine coniux eius dicitur Charis, quam tamen, cum Homerus iam plures Gratias noverit (v. Il. ξ, 267.), ex hoc loco Aglaiam poſſis intelligere.

952. Corrig. Ἡρης χρυσοπεδιλου pro Ἀρης, quod in textu male expreſſum eſt.

954. ὁς μεγα εργον εν αθανατοισιν ανυσσας. Verba εν αθανατοισι fateor me adhuc morari. Quippe ſententiam loci hanc eſſe adparet: *Felix ille, qui multis praeclaris rebus in terra geſtis, hoc praemium laborum fortitus eſt, vt immortalis nunc perpetuo inter deos verſetur!* Atqui ſic vel trahenda ſunt illa εν αθαν. ad

ver-

verbum ναιει, vel, ſi hoc durius videatur, ſcribendum εν αν-θρωποισιν ανυσσας ναιει εν αθανατοισιν αγηρως. — Ita fragmentum Hymni Hom. habet: ὁς πριν μεν κατα γαιαν — πολλα ερεξε, πολλα δ' ανετλη· νυν δ' ηδη κατα καλον εδος Ολυμπου ναιει τερπομενος, και εχει παλλισφυρον Ἡβην. T. V. p. 91. ed. Ern. Cf. Odyſſ. λ, 602.

956. κλυτη Ωκεανινη. Ed. Trincav. κλυτος Ωκεανινη, quod ſcite praefert Ruhnken. propter Homericam conſuetudinem. v. Il. β, 742. Od. ε, 422. alibi. Ita Heſiodus ſupra χρυσεος v. 657., θεμις v. 696. pro femininis adhibuit. De Perſeide, aliis Perſe, v. ſup. v. 356. et cf. Brunck. ad Apoll. Rh. IV, 591.

958. Αιητης — Idyiam (v. ſup. v. 352.) coniugem ei dat etiam Apollon. Rhod. III. 244., qui vocat

Τηθυος Ωκεανου τε πανοπλοτατην γεγαυιαν.

Videndus ibi Scholiaſtes, quem noſter hic locus non fugit.

961. ἡ δε οἱ Μηδειαν. Scr. ἡ δη οἱ, vel ἡ δε τε οἱ, vt Wintert. in textu exhibet: metri cauſſa.

963. ſqq. Stirpem deorum excipit progenies dearum ex mortalibus, recenſu admodum breviter facto, nec pro copia et ornatu, quem in ſuperioribus ſequutus erat: unde ſuſpicari licet, materiem poetae in his defuiſſe, nec dum illo tempore eas fabulas a poetis, qui ante Heſiodum vixerant, admodum fuiſſe carminibus tractatas. Sunt autem amores iſti dearum hi: Ceres ex Iaſio peperit Plutum; Harmonia Veneris f. ex Cadmo Ino, Semelen, Agauen, Autonoen, Ariſtaeo nuptam, et Polydorum; Aurora ex Tithono Memnonem et Emathionem; ex Cephalo autem Phaethontem. Medea ex Iaſone Medeum; Nereides duae, Pſamathe ex Aeaco Phocum, Thetis ex Peleo Achillem; Venus ex Anchiſe Aeneam; Circe ex Ulyſſe Agrium et Latinum; ex eodem tandem Ulyſſe Calypſo Nauſithoum et Nauſinoum peperere. *H.*

963. Τμεις μεν χαιρετε! *Valete nunc, o dii!* Verſum qui ſubiicitur, uncis notatum, Heynius aliunde inſertum cenſe-

 bat,

bat, quae ſuſpicio animum primo ſtatim intuitu ſubit. Aliquo modo quidem tueri locum ſuum videri poſſet, ſi quis omnia illa caſu quarto ſcriberet, νησους τ', ηπειρον τε και ἁλμυρον ενδοθι ποντον, et ad ultima vſ. antecedentis traheret. At hoc parum ſatisfaceret. Ac mihi potius, dum haec ſcribo, et ſuperior vſ. Τμεις ipſe ſuſpectus fit. Nam mirum eſt, Deos valere dicere poetam, cum mox ad dearum filios, non minus in deos receptos, progrediatur. Poterit tamen per me germanum habere verſum, cui non durum videatur, Ολυμπια δωματ' εχοντες de maioribus tantum diis et maribus accipere.

969. Δημητηρ — Legitur hic mythus etiam in Hom. Od. ε, 125. iisdem paene verbis. In nomine herois diſcrepant, aliis Iaſion, aliis Iaſius, nonnullis etiam Iaſon ſcribentibus. v. Perizon. ad Ael. V. H. XIII, 1. Intpp. ad Hygin. f. 250. Allegorici ſermonis in hac fabula perquam aperta veſtigia ſunt, vt recte hactenus Heraclid. Alleg. Hom. c. 68. Ιασιων, ανηρ γεωργιας επιμελουμενος, και δαψιλως τους απο των ιδιων αγρων καρπους λαμβανων, εικοτως ὑπο της Δημητρος εδοξεν ηγαπησθαι. cf. Diod. Sic V, 77. in quo Pluti patriam habemus Tripolum Cretae vicum, inepte confictum e νειῳ τριπολῳ h. *novali ſtudioſe ſubacto.* Caeterum ſequiori aevo Plutus, deus hominibus divitias praebens, pro temporum diverſa indole aliter deſcribitur, vt in Ariſtophanis comoedia huius nominis, et noto ſcolio Timocreontis Rhodii ſervato a Schol. Ariſtoph. ad Ran. 1337.

971. Κρητης εν πιονι δημῳ. Saepe ſic Homerus: Ιθακης εν δημῳ, Λυκιης εν πιονι δημῳ, Φαιηκων ανδρων εν πιονι δημῳ, in quibus ubique *populus* pro *terra* vel *regione* ponitur, uſu et poetis latinis ſolemni. Unde ſimiles quoque formae ductae, quas confer Odyſſ. β, 328. ζ, 3. Hoc non monerem, niſi tantillae rei ignoratio fraudi fuiſſet Graevio, mutato accentu ſcribi iubenti δημῷ pro δήμῳ, vt a δημὸς (adeps) ſit: quae correctio nollem excidiſſet viro laudato.

973.

973. πασαν ad γην referri multis videbitur durum ob interiecta και ευρ. νωτα θαλ., et corrigat aliquis forte παντη seu πασης. Attamen non sine exemplo sunt huiusmodi traiectiones verborum in vetustioribus poetis. Cf. v. c. Il. χ, 67. 69. Ad eorundem morem pertinet quoque anacoluthon, quod in dativo τω τυχοντι hic animadvertitur.

979 — 83. Κουρη — Quum sermo iam sit de iis, quos *viri mortales* e deabus susceperint, haec ab imperita manu e superiore narratione v. 287. sqq. iterum intrusa, hoc loco prorsus aliena esse, ipse Clericus vidit, qui praeter hanc in toto Hesiodo vix ullam interpolationem odoratus est. In primis versus 980. ineptus est. Numquam enim, si recte memini, hoc sensu Graeci dicunt εν Φιλοτητι Αφροδιτης. Alia res est Odyss. θ, 288. — V. 982. Γηρυονην scribere non necesse erat. Ultimas duas vocales una syllaba efferebant antiqui, vt etiam v. sq. in βοων.

986. φιτυσατο. Ita scripsi pro vulgato, quod omnes editiones invasit, φυτησατο. Nam si vel maxime Lexicorum nostrorum verbum φυταομαι graecum sit, quod dubitatione non caret, prima syllaba in eo esset corripienda, quam intensam hic habemus. In φυσις enim et inde deductis semper prima brevis est. Rectius igitur scribetur φιτυσατο metro melius conveniens. Emendationem confirmatam postea vidi ab Etym. M. p. 795. l. 28., ubi hic locus, quasi in rem suam sit, a Grammatico adfertur, qui de patre tantum sumi vocabulum contendit. Nisi forte pro Κεφαλῳ legit Κεφαλος. Saepe eo et alii poetae utuntur, at saepissime eius locum occupavit alterum illud. Quod moneo, ne quis forte glossam Hesychii φιτυσατο· εγεννησεν ex loco nostro hausstam esse dicat. Caeterum ista verborum botanicorum translatio ab antiquis maxime frequentatur. v. vel Plat. in Theagis pr.

987. ιφθιμον Φαεθοντα. Pausan. Att. p. 8. Κεφαλον καλλιστον γενομενον φασιν υπο Ἡμερας ερασθεισης ἁρπασθηναι, και οἱ παιδα γενεσ-

γενεσθαι Φαεθοντα· και φυλακα εποιησε τουι ναου. Ταυτα αλλοι τε και Ησιοδος ειρηκεν εν επεσι τοις εις τας γυναικας. Locum debeo doctrinae Heynii in Not. ad Apollod. p. 822., in quo memorabile est, quod ea, quae de Phaethonte hic legimus, a Pausania ad aliud Hesiodi poema, Καταλογον γυναικων, diserte referuntur. Nam illud et alibi sic designare solet φδομενα εις τας γυναικας. Hinc nescio an firmari possit suspicio mea, qua hanc extremam partem carminis conflatam puto ex aliis poetae carminibus, nominatim ex illo catalogo, recisis forte multis, quae uberius ibi tractata erant. Verum non omnino cum nostro loco convenit ille Pausaniae, vt in quo Phaëthontem Aurora s. Hemera, non Venus, templi sui custodem constituit. Sed corrigendum forte sic: Φαεθοντα· ὁν και ἡ Αφροδιτη φυλακα εποιησε του ναου.

989. παιδ' απαλα φρονεοντα. Sic Hom. Il. σ, 567. et Hymn. in Cer. 24., non ἁπαλα, vt libri Hesiodei habent, quod dubito an alibi ita occurrat. Hinc coniecturam Guieti praefero, quam confirmabat codex MS. a Ruhnken. inspectus. Eod. vs. corrigi iubebat Graev. et ante eum Winterton φιλομμηδης e v. 200. Sed vid. ibi Not.

991. νυχιον locum hic habere non posse, vidit iam antiquus criticus, cuius emendationem servavit Scholion ad voc. νυχιον: Τουτεστιν αφανη, λαθραιον. Αρχιλοχος δε γραφει μυχιον· οἱον εν τῳ μυχῳ αὐτῳ προφαινοντα εν τῃ Κυπρῳ. Tum alia sequitur explicatio, qua vulgatum aliquis interpretatus est νυκτερινον· τα γαρ της Αφροδιτης μυστηρια νυκτερινα. Et hoc modo νυχιον defendit Graevius. Verum est, noctu subinde celebrata fuisse Veneris sacra, quod pluribus persequitur V. C. Wernsdorf ad Pervig. Ven. p. 426. sq. Aptius tamen est epitheton sacerdotis μυχιος h. e. εν μυχῳ ναου πολευων. Itaque correctionem recepi. Occurrit eadem varietas in O. et D. 521.; ubi itidem reponerem μυχιη.

1002. Φιλυριδης. Alii Φιλλυριδης. Rectius illud. V. ad vſ. 5.

1008. Αινειαν — Legatur Hymn. Hom. in Venerem, ubi omnis haec fabula de amoribus Veneris et Anchiſae fuſius ac mira cum ſuavitate narratur.

1013. Αγριον ηδε Λατινον. De Agrio, Ulyſſis filio, quod equidem ſciam, aliunde non conſtat. Praeferat igitur aliquis Αδριον, quod et Heynio non diſplicebat, vt nomen herois ſit, unde mare Adriaticum. Sed Adrius non magis nobile nomen, quam alterum, quod et Schol. Apollon. ad III, 200. et Euſtath. ſervat ad Odyſſ. p. 1796. Totum huius locum notabilem adponam: Εκ Κιρκης υἱοι καθ' Ἡσιοδον Οδυσσει Αγριος και Λατινος, ἐκ δε Καλυψους Ναυσιθοος και Ναυσινοος. Ὁ δε την Τηλεγονειαν γραψας Κυρηναιος εκ μεν Καλυψους Τηλεγονον υἱον Οδυσσει αναγραφει η Τηλεδαμον, ἐκ δε Πηνελοπης Τηλεμαχον και Αρκεσιλαον. Κατα δε Λυσιμαχον υἱος αυτῳ ἐξ Ευιππης Θεσπρωτιδος Λευτοφρων, ὁν αλλοι Δορυκλον φασι. Σοφοκλης δε εκ της αυτης Ευρυαλον ἱστορει, ὁν απεκτεινε Τηλεμαχος. Ὁ δε τους Νοστους ποιησας Κολοφωνιος Τηλεμαχον μεν φασι την Κιρκην ὑστερον γημαι· Τηλεγονον δε τον εκ Κιρκης αντιγημαι Πηνελοπην. Habemus hic nomina plura, quae apud poetas ſuperſtites non minus fruſtra quaeſiveris. — Poſt hunc verſum, alium reperiebat in codice ſuo Ruhnkenius:

Τηλεγονον δ' ετεκε δια χρυσην Αφροδιτην.

Qui ſi minus ſcaber eſſet, vel ab editis libris agnoſceretur, quis eum expungere ſuſtineret? Bene hic adiungi poterat Telegonus, Ulyſſis e Circe filius, quem Tuſculum et alia loca Italiae condidiſſe antiqua fama erat. Et ecce! concinniorem verſum adfert d'Orville ad Charit. p. 465., quem eodem loco in alio codice invenerat:

Τηλεγονον δε γ' ετικτε δια χρυσην Αφροδιτην.

Idem liber meliorem ſq. verſus lectionem firmare dicitur.

1014. μυχων νησων ἱερων. Vitium hoc eſt, quod etſi dudum a pluribus notatum, per recentiſſimas editiones adhuc impune graſſatur. Recepto in textum μυχῳ nihil certius.

Ita

Ita Hom. Il. ζ, 152. Od. γ, 263. μυχῳ Αργειος. Apollon. III, 42. νησοιο ευρυς μυχος. Dionyſ. Perieg. v. 12. μυχος Αιγυπτοιο. Ad rem cf. Schol. Apollon. Rhod. III, 311. niſi ea ad alium poetae locum ſpectant.

Videmus ex his verbis, quam parum cognita eo tempore fuerit Italia, nec niſi ab Eridani oſtiis et inſulis nota. *H.* 1015. αγακλυτοισιν perperam item in omnibus edd. exaratur. Sic et in Homero aliquot locis in fine verſus δουρικλυτος Μενελαος ante Barneſium olim legebant, ubi nunc in melioribus libris eſt δουρικλειτος. Priorem enim ſyllabam in κλυτος et eius compoſitis ſemper corripi, memini nunc ignotum. Idem vitium abſterge verſui Heſiodeo, quem in Schol. ad Sophocl. laudatum inter fragmenta receperunt, ubi mendoſe ſcribitur:

ἡ τεκε Ϝ' Ερμιονην δουρικλυτῳ Μενελαῳ.

1020. Νυν δε — Si duo extremi verſus genuini ſunt, pergebat poeta enumerare heroinas, γυναικων φυλον, (vt ſup. 965. φυλον Ϝεκων) *mulieres mortales*, ab heroibus coniugio habitas, e quibus heroes prognati. Ex iis debuit eſſe Alcmena Amphitruoni nupta, e quo Iphiclum, ex Iove autem Herculem peperit. Ita poema, quod a Grammaticis inſcriptum eſt Clipeus Herculis, Theogoniae eſſet attexendum, interceptis temporis iniuria iis, quae in medio erant. Sed verſibus iſtis noviſſimis parum auctoritatis eſſe arbitror.

AD EDITOREM
EPISTOLA C. G. HEYNII. *)

Dedi hoc priſtinae neceſſitudini noſtrae, amicitiaeque hinc enatae, cum poſtulares a me ſymbolam operae in nova Theogoniae Heſiodeae editione adornanda occupatae, vt ea, quae olim, cum eam interpretatus eſſem, tum cum in Commentationibus Soc. R. Gött. de carmine illo agerem, aut in Apollodoro cum eo comparando, obſervaveram, recoquerem. Nihil tamen a me expectabis, quod aut exquiſitum aut valde elaboratum ſit. Premebant me cum alia, tum illa difficultas, quod Tuas obſervationes non inſpicere licuerat, anteaquam meas digererem. Potuit itaque contingere, vt nonnulla iam a Te allata iterum afferrem: nec mihi conſtabat ſatis, eſſentne a Te ipſo iam excerpta, ſi qua e Commentatione in Theog. Heſiodeam, ſeu ex Notis in Apollodorum ad Heſiodum illuſtrandum facere poterant; quae plerumque omiſi, ne bis appoſita taedium facerent. Non igitur muneris a me miſſi, quod quam exiguum ac tenue ſit non ignoro, ſed obſequii mei et voluntatis a Te ratio habebitur. Scr. Göttingae d. XXVIIII. Iunii MDCCLXXXIV.

Quae

*) Reliquo commentario typis iam exſcripto, ſubmiſſas Göttinga accepi a praeceptore quondam meo, qui oculis meis mihi cariot eſt, Ill. Heynio haſce animadverſiones, quas vt opuſculo tamquam coronam adiicerem mihi permiſit. Quae cum multa habeant ad melius vel intelligendum vel emendandum carmen egregie facientia; gaudeo nunc vel ſic opera mea ad Heſiodum accedere aliquid, quod doctioribus gratum erit. Modo ea, quae ipſe adſcripſi, a viro acutiſſimo confirmari ac probari video, modo ſuppleri hinc vel emendari illa poterunt.

Quae praefixa ſunt, plurium exordiorum eſſe videntur particulae, etſi et hae a diverſis auctoribus profectae, in antiquiſſimis tamen exemplaribus iam exaratae, forte illo ſtatim tempore, quo primo litteris conſignabantur, cum a Rhapſodis iam miris modis variata carmina eſſent, partim memoriae errore, partim ſtudio importuno. Quid Heſiodo, quid Rhapſodis debeatur, difficile dictu eſt. Poſt primos verſus 1—23. ſubiecit aliquis v. 24—35. Inde aliud alterius Rhapſodi ſequitur prooemium, et, ſi recte ſuſpicor, alius intertexuit v. 50. ſqq.

Primi ſtatim verſus neſcio an interpolati ſint. Illud quidem exemplis aliis ſimilis copiae defendi forte poteſt: Μουσάων Ἑλικωνιάδων — αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος. *Muſae Heliconiades, quae Heliconem tenent:* mox tamen iterum ſubiicitur: *et quae in Helicone choros agunt.* Etiam illa ad idem redeunt: *ſaltant circa κρήνην* h. e. *Hippocrenen*, et *lotae in Hippocrene choros agunt in Helicone.* Sequitur v. 9. *Inde decedunt, vt Iovem canant* (non, *canentes*) at ubi? in Olympo puta. Sed cur ἐννύχιαι? *noctu?* Dicendum erit eſſe idem, quod κεκαλυμμέναι ἠέρι πολλῇ, vt, tanquam deae, *nube tectae et obſcuratae* ſint. Nam diverſo modo noctu choros agit Venus cum Nymphis et Gratiis apud Horat. 1. Carm. 4. in verni aëris clementia. Sed vereor, ne totus locus a v. 5 — 10. alterius poetae ſit. Iis ſaltem eiectis omnis moleſtia tollitur. Ceterum notanda ara Iovis in Helicone.

12. χρυσείοισι πεδίλοις. Cur haec commemorat poeta? In Iunonis inceſſu conſpicienda ſunt pedum vincula, eaque aurea, vt in dea. Memoratur Iunonis Argiuae ſignum ex ebore et auro ap. Pauſ. II, 17. quod tamen ad Heſiodi aevum aſſurgere non potuit.

19. Forte fuit: Ἰαπετόν τ' ἠδὲ Κ.

23. ἄρνας ποιμαίνων, non tanquam paſtorem mercenarium, ſed ex vitae priſcae ratione, cum in agro colendo et armentis paſcen-

pascendis omnis hominum opera esset occupata. Vs. 24. praefero ἔμπον, quod sollenne est.

26 — 28. Versuum sententiam vix assequi satis licet. Aut apodosis deest: *huius facultatis portione aliqua te impertiemus*; aut principium: quod Apollonius ap. Schol. censuisse videri debet. Nam sententia requiritur haec aut similis: *O pastores, qui vitam exigitis per socordiam; nos Musae, quae fingere novimus veris similia aut etiam vera commemorare possumus, mentem tuam o Hesiode, facultate et studio canendi imbuemus.*

31. δρέψασθαι commode satis repositum est. Sed vereor ne usus loquendi et Hesiodeus et Homericus postulet δρεψάμενοι. In epigrammate etiam est pro interpretamento ἐρυσσάμενοι. Eustathii observatio sub f. Od. α. super vsu activi δρέπω vix ad Homerum et Hesiodum spectat.

35. Si Rhapsodi alicuius hi versus sunt, non Hesiodi, assequi licet, quomodo ex Homerico loco Il. χ, 126. hoc petitum et in prouerbium versum sit: manet tamen vel sic diversa ratio. Nam ἀπὸ δρυὸς ἠδ' ἀπὸ πέτρης δαρίζειν *de otiosis pastoribus vel agricolis inter se colloquentibus* expedita res est. Debet igitur et in Hesiodi loco accipi: τί μοι ταῦτα λέγεται ὡς (γενομένῳ, ὄντι, ἐστηκότι) περὶ δρῦν, *quorsum fabulor, otiose haec commemoro, ac si, vt prouerbium fert, in rupe vel quercu confabularer cum aliquo.* Mox τύνη, *tu*, debuit olim dictum esse, *heus tu, agedum.*

40. Alias *ridere* si terra, domus, alia dicuntur, *ad oculorum sensum* id spectat: vt in ipso Homero Il. τ, 362. vbi de splendore ac luce. Hic tamen vix aliter quam de convivarum hilaritate accipi posse intelligo.

45. 46. Alter versus otiosus et ex v. 111. repetitus videri potest; rem tamen sic constituere licet: Primo antiquioris ordinis deos celebrant Musae, *Uranidas* dictos et *ex iis natos*, (cf. 132 sqq.) eosdem *Titanas* appellatos v. 207 sq. Tum *Iovem* canunt: expectabam cum ipso ceteros Cronidas et Iovis progeniem; pro his v. 50. ἀνδρῶπων γένος commemoratur:

quod saltem ad heroes, Herculem, Bacchum et similes referendum. Sed Rhapsodus, qui haec attexuit, parum memor fuisse videtur, *in deorum consessu* haec a Musis cani.

64. 65. Tollitur sane molestia altera: οἰκί' ἔχουσιν ἐν θαλίῃς, si aliter interpungas; verum exoritur alia non minus molesta ratio, reiecta copula post alteram vocem: ἐν θ. ἑρατὴν δὲ δ. Cui facile mederi poterat auctor: ἐν θαλίῃς δ' ἑρατήν γε διὰ στ. Sed scabrities etiam reliquis insidet, quippe carminibus, quae a diversis Rhapsodis profecta videntur. Νόμους et ἤθεα θεῶν interpretor ex ipso Hesiodo v. 74. 112. (vbi ἄφενος sunt ea ipsa munera, quae inter se despertiti sunt dii, tanquam patrimonium suum) et v. 393. et al. *de honoribus et muneribus inter eos distributis*. cf. *Comment. de Theogonia* p. 131. et add. Aeschyl. Prometh. 229 sq. Valck. ad Hippol. 107.

68 αἱ τότ' ἴσαν. Cum natae essent sub monte Olympo, montem ascendunt et deorum consessum ingrediuntur. Incessus autem fit choreis ductis: v. 69. 70. οὐρανὸς locum habet post Olympum, quia hic nubibus obductus vertice ita attollitur, vt nullis tempestatibus obnoxius esse credatur. v. Solin. c. 9. In nubibus igitur Iupiter regnat, fulminat et tonat.

75. Ταῦτ' ἄρα. Videntur haec ipsa verba arguere, insititia esse quae inde a v. 51. subiecta sunt; etiam is ipse versus ὑμνεῦσαι repetitus erat ex v. 37. Sunt tamen et haec, quae a v. 75. procedunt, vix ipsius Hesiodi, valde antiqui tamen poetae. *Eloquentiae* (haec est ἕδρη) *in conciliis et iudiciis vim Musis deberi* ait.

86. ἰθείῃσι δίκῃσι. De *sententia lata* dictum ἀσφαλέως, *cum gravitate et auctoritate*. Mox v. 89. βλαπτομένους non tam esse putabam *iniuria affectos quam exasperatos, inconsulto agentes*, βλ. τὸν νοῦν: nam v. 90. *mitigat eorum animos rex*.

94. Versus seqq. vix h. l. abesse possunt. A regibus *ad poetas* progreditur auctor, Musarum munere natos.

97.

97. φιλεῦνται. An alia ſint exempla primae in hac voce productae, non recordor. an fuit φίλονται? vnde ap. Hom. ἐφίλατο.

108. Principio extitere dii cum terra, fluviis, mari, aſtris et caelo. Adeoque v. 111. οἵτ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, non accipi poteſt: *et qui ex iis nati ſunt dii:* nam nec ex aſtris eos natos eſſe conſtat, nec Οὐρανὸς deus commemorari poterat poſt v. 106. Sed accipiendum: *et qui ex quibus nati ſint dii*; ἐκ τῶν pro ἐκ τίνων. Verſus 104 — 133. leguntur apud Theophil. in Autolyc. II. p. 84. 86. cum lectionis varietate aliqua, parum tamen memorabili.

115. ὅ τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν. Erit adeo dictum aut cum reſpectu *ad Chaos*, ὅ τι *quod fuit ante deos;* aut erit accipiendum pro ὅστις αὐτῶν; niſi fuit: γένος pro γένετ'. At recte tollitur totus verſus.

120. Sphalma tollendum et ſcrib. Ἡδ' ἔρος, ὅς, — λυσιμελής, πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀ.

146. μηχαναὶ non poſſunt eſſe *fraudes*, quod Graevius vult; alienae illae ſunt a Cyclopum ferocitate, ſed eſt *machinatio fabrilis, ars.*

152. ἐπέφυκον, (puta a πεφύκειν) ἐπὶ στ. μ. hoc eſt ἐν τῷ σώματι. Ita nolim tollere verſum cum Guieto.

154. ὅσσοι γὰρ — παίδων pro παῖδες. *Principio quotquot* — Ita γὰρ poni ſolet. σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ forte σφετέρῳ γ' ἤχ. Sed et alibi δὲ in apodoſi legitur apud Homer. et Heſiod., vti omnino ea particula in iſtis poetis locum aliarum obtinet. Mox v. 161. δὲ eſt pro γὰρ, 163. eſt pro καὶ et ſic porro. Conſentaneum hoc ſermoni nondum ſatis elaborato. ἤχθοντο, *inviſi erant patri,* ἐμισοῦντο.

160. στεινομένη. Seleucus apud Schol. legit ἀχνυμένη. Sed alterum doctius. Sic apud Homerum Scamander στεινόμενος νεκύεσσι Il. Φ, 220. quod non eſt *dolens*, ſed, *coangustatus multitudine cadauerum innantium.* Veteris autem poetae, qui haec commentus erat, mens haec fuiſſe videtur, vt Terra, indignata, ſe fruſtra parere liberos a marito mox ex partu

abolendos, omnino auferre maluerit marito vim procreandi liberos.

176. Non ἀμφὶ Γαίῃ, ſed ἐπίσχετο Γαίῃ, *ſe applicuit ei*, ἀμφὶ, *undique*. Mox fuit forte ἔκ τε λόχοιο. In 188. ordo eſt: μήδεα δ' (ſic ſcribendum pro θ') ὡς τὸ πρῶτον, α. α., κάββαλ', ὡς φέρετο.

191. ἀπ' ἀ. χροός. Sunt τὰ μήδεα v. 188. pudenda Coeli. In v. 189. ἀπ' ἠπείροιϕι iam in Schol. habetur; ornatus cauſſa adiectum videri poteſt, ita vt nec vrgeatur; poteſt tamen etiam in Olympo monte res acta eſſe, vt adeo proprie terra continens in hac re locum habeat. Mox v. 195. malo cum Iunt. ποσσὶν ὑπαὶ ῥ'.

208. νεικείων h. exprobrans ipſis facinus atrox, quod manum parenti intulerant. Ceterum haec antiqua ſatis etymologia priſci et ignoti, peregrini forte, nominis non minus, quam aliae apud veteres, docet, grammaticam artem non niſi fero probabiliter elaboratam eſſe. Mirari licet multo magis Grammaticos ad h. l., qui τιταίνειν a voce τίειν, τίνειν, repetunt; cum toties apud Homerum τιταίνεσθαι occurrat. τιταίνειν eſt τείνειν, ἕλκειν, adeoque idem atque ὀρέγειν: ita vt τιταίνοντας ſc. τὴν χεῖρα reſpicere debeat v. 178. ὠρέξατο *protendit ſe*, *prominet*, σὺν χειρὶ λαιῇ. Mirum vero et illud, quod eiusdem vocis duplex etymologia propoſita eſt, altera v. 210. a τίω. Si analogiam ſpectes, ceteris etymologiis praeſtat illa, quae apud Diodorum occurrit, vt Titanes a Titaea matre dicti ſint; fuit forte τίτη eadem quae τίτθη, τιθὴ, nunc pro mamma ac nutrice dicta. Saltem ſpeciem haec haberent.

212. 213. Manus interpolatrix in his vſſ. manifeſta. – 215. πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο, *ſub occidentem ſolis*, (vnde *Noctis filiae* illae ſunt) *in inſula maris Atlantici*. cf. 292. 294. et ad Apollod. Not. p. 387 ſq. add. p. 409. Epitheton κλυτὸς ſimpliciter ornat.

217. νηλεποίνους. Receptam malim Ruhnkeni emendationem νηλιτοποίνους, *quae vlciſcuntur delicta*. Quod media in νηλι-

το —

το — corripitur, in ἀλίτης vel ἠλίτης producitur, hoc fieri neceſſe eſt, quod alia nomina deducta ſunt ab aoriſto ſecundo, ſeu a forma ἀλίτω, media brevi, cuius imperfectum nunc pro aoriſto altero habetur: alia ab ἀλείτω vel ἀλίτω, media longa; tertia forma eſt ἀλιτέω, ἀλιτέομαι. Verſus 220. 1. 2. a Rhapſodo inſertos eſſe nullus dubito; dubito nunc an v. 217. 8. 9. et ipſi ab Heſiodo profecti ſint? Nam praeceſſerat Μόρος et Κήρ, nunc ſubiiciuntur Μοῖραι et Κῆρες, ſerioris ingenii foetus, et Μοῖραι memorantur infra 904. ex Iove natae; vt adeo nunc illos verſus relinqui malim, quam eos, qui hic inſerti ſunt.

226. *Eris* antea inter antiquiores deos non commemorata repente nunc prodit; adeo alia et a ſuperioribus diverſa haec genealogia habenda.

233. In *Nereo* non tam maris notio quaerenda, quam numinis fatidici: perſona ſenis ei impoſita cum virtutibus ſenectutis, *prudentia* et *moderatione*; cum prudentia coniunctum eſt, *vt vera vaticinetur*: moderationi opp. ὕβρις.

242. Oceanus circumfluus, terram ambiens, ποταμὸς, ex Homero ſatis notus. Sed τελήεις plures notiones admittit. Si vſum Homericum ſequimur, eſt idem ac κλυτὸς, *eximius*, *praeclarus*, epith. ornans. De nominibus Nereidum cf. Apollod. I, 2, 7. et Not.

268. Harpyiae ἔπονται, *volant*, ἅμα σὺν πνοιῇς Ἀνέμων ἠμὲ οἰωνοῖς, h. e. *eadem celeritate*, *qua venti et alites mouentur*. Ita tandem ἅμα πνοιῇ ἀνέμοιο idem eſt atque ἶσα ἀνέμῳ, ap. Homer. Od. α, 98. ε, 46. et Il. ω, 342. vbi volat Mercurius *eadem celeritate qua venti*, ita vt venti praevertere non poſſent: nec aliter de equis Il. π, 149. Verum rem expedit Il. τ, 415. vbi Achillis equi: Νῶι δὲ καὶ κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν. Nec aliter accipio Od. β, 148. μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο; etſi hoc per ſe eſſe poſſit pro διὰ, vt eſt v. c. Il. ψ, 367. vbi iuba equorum mouetur μετὰ πν. ἀ. etſi et hoc redit ad vim vocis σύν. In Il. μ, 207. ſimpliciter dictum πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο. Contra alias ven-

τος non modo *aequare*, ſed etiam *praevertere* aliquis dicitur, vt Boreadae ap. Apollon. II, 276 et ſaepe. Mox μεταχθόνιαι dubitationem vix admittebat.

270. Sine haeſitatione admiſſam vellem Graeuianam correctionem καλλιπάρῃος: nam Graeae foedae erant adſpectu. cf. Apollod. II, 4, 2. In ed. Farr. eſt καλλιπαρῄος.

283. Quid in vetere lectione retinenda ſequutus ſit Cel. editor, diuinando forte aſſequor: ἄορ vna ſyllaba efferri poteſt, vt et Χρυσάωρ binis ſyllabis efferendum eſt. Nec tamen ratione deſtituitur altera lectio: Γένθ' · ὁ δ' ἄορ.

295. Ἡ δ' ἔτεκε — Callirrhoe ſcil. Cf. ad Apollod. Not. p. 249.

306. Τυφάονα. Ed. Farreana Τυφωέα, interpolatione, puto, ex v. 821. Non enim ſatis liquet, iidemne Heſiodo ſint an diuerſi.

323. 4. Qui hos verſus intruſit, Chimaeram prorſus aliam nobis effinxit, corpore caprino, cauda draconis et capite leonino ignem efflante. Sed cf. ad Apollod. Not. p. 286.

347. Alienum eſſe arbitror interpretum acumen, qui κουρίζειν pro κείρειν accipiunt. Nam fluvios κουροτρόφους dici, nota res eſt; ita et Apollo κουροτρόφος. cf. Euſtath. p. 1293, 3. Similiter et Nymphae κουροτρόφοι, a nutritione incolentium terras. Verbum κούριζειν tranſitive hoc loco; at ap. Hom. Od. χ, 185. Laertes eſt κουρίζων. In v. 359. Κρηνηΐς τε praefero ex Bodlej. Eo alludit lectio edd. Κρυνηΐς τε et Κρισίης τε.

377. De *Perſe* v. ad Apollod. Not. p. 22. Quod eius ſapientia praedicatur, ad aliam obſcuram fabulam ſpectat. Forte Hecate filia ab illo artes magicas edocta fuit.

386. H. e. *Iovis perpetuae comites ſunt.* Mox 389. ἐβούλευσε eſt *conſilio, prudentia conſequuta eſt, obtinuit, effecit.* Et 392. εἶπε, *promiſit.*

393. ἀποξῦραίσειν. Male Guietus tentat. Eſt *deturbare, deiicere, priuare* aliquem munere ſuo, ἀφελέσθαι. Apud Homerum

merum est ἀποῤῥύεσθαι τινά τι. Od. α, 404. π, 428. Contra ἐπιβήσεμεν est ἐπιβιβάζειν, vt saepe apud Homer. et in Εργ. 580. Exemplum deae, quae sua γέρα, iam ante sibi impertita, retinuit, et alia a Iove accepit, est Hecate v. 414. 421 sq.

401. Iupiter sibi Stygis liberos *Zelum*, *Nicen*, *Cratos et Bien* semper *praesto esse* voluit: cf. v. 386.: praeclaro commento. Nec mirum adeo, Iovis ministros adhiberi eos ab Aeschylo.

416 sq. Possunt haec vtique sic accepi, vt non in quibusvis, etiam quae aliis diis fiunt, sacris invocetur Hecate, sed vt tantum illa inuocata in suis largiatur quae quis precatus fuerit. ἱλάσκηται non θεούς, sed αὐτήν: Ita 421. 2. erit accipiendum: eam habere sortem aequalem cum ceteris Uranidis; nihilo deteriorem, quam vllus alius ex iis habeat. Sunt tamen vel sic seqq. de *Hecates* potestatibus valde memorabilia. Vs. 415. est ἐν θεοῖς ἀθ. Versum 430. bene constituit Graeuius: eminet is, ὃν ἐθέλῃ κε μεταπρέπειν.

454. Ionicus scriptor Ἰστίην exaravit, quod et Ald. habuit.

472. τίσαιτο δ' ἐριννὺς πατρὸς ἑοῖο non est, pater Rheae, quo inductus Guietus ἀνδρὸς reponebat, sed respectu ad illa habito παῖδα φίλον, ipse *Cronos*, *pater filii*, *quem Rhea vtero gerebat*. Ἐριννύες pro *scelere quod Poenae persequuntur*. πατρὸς ἑοῖο pro αὐτοῦ τοῦ παιδός.

481. ἵκτο φέρουσα sc. *Iovem iam natum*.

482. 4. κρύψεν δὲ ἑ — Αἰγαίῳ ἐν ὄρει. Optime de hoc loco meruit Graevius, e quo haec tenenda censeo. *Aegeus* mons bene repositus est pro *Argaeo*: auctore maxime Theone ad Aratum. *Iugi Idaei* plura fuere cacumina, diversis nominibus: in quibus et *Dicte* s. Dictum. Pro *Lycto*, quod vrbis, non montis nomen est, Meursius in Creta ἐς Δίκτον coniiciebat. Graevius *populum Lyctium* non male interpretatur Lyctum: potuit sub eius ditione esse mons et campus Aegaeus: potuit etiam

Rhea a Lycto procedere ad montem Aegaeum. In Schol. ap. Heinſ. p. 280. ἀφ' ἧς (αἰγὸς) καὶ Κρήτῃ Αἰγὸς ὄρος καλεῖται (melius Trincav. ed. ἀφ' οὗ ἐν Κρήτῃ καὶ Αἰγὸς ὄρος καλεῖται) καὶ Αἰγαῖον τὸ ὑπ' ἐνίων ἐκδικον καλούμενον. leg. Δίκτον. Minus bene τὸ Ἰδαῖον ſubſtituebat Graeuius.

495. Id quod Cronos Metidis dolo adductus facit apud Apollod. I, 2, 1. Ita vero abſonus prorſus verſus 496. νικηθεὶς τέχνῃσι βίηφι τε παιδὸς ἑοῖο. Quae enim partes Iovis ea in re fuere, ſi Γαίης ἐννεσίῃσι res facta? Lapis oſtendebatur Delphis v. Pauſ. X. 24. Ceterum cur verſus 492 — 500. vncis incluſi ſint, non aſſequor; abeſſe enim vix poſſunt, ſi narrationis ordinem ſpecto. Redolere interpolationem videri poteſt v. 505. καὶ στεροπήν. De re cf. v. 156. ſq.

517. Heſiodea ratio diuerſa eſt ab ea, quam Pherecydes induxerat, (v. ad Apollod. Not. p. 407.) vt in Hyperboreis aut in eorum finibus Heſperidum hortos conſtitueret. Heſiodus enim ad extremum occidentem Europae et Libyae cum Atlantem tum Heſperides revocat; et has quidem in inſula adiacente in Oceano Atlantico collocare videtur, Graeas (ſaltem ſup. 274. πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο) ex adverſo, adverſus Atlantem vſ. 518. Diverſum conſilium aliorum eſt, qui in media Libya Heſperidum hortos conſtituerunt. Etiam Gorgadas inſulas et Heſperi cornu non niſi ſeriora ſecula finxere ex priſcis fabulis.

522. μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας ſi iunguntur, vt ſit διελᾶν κίονα δεσμοῖς, erunt vincula ipſa mediae columnae iniecta et circumducta. Schol. reddit: διὰ μέσου κίονος δήσας τὸν Προμηθέα, ſenſu probo: ſed an ἐλάσσας eſt δήσας? Iungenda ſunt: Προμηθέα δῆσα δεσμοῖς, διελάσσας (δεσμοῖς) μέσον (pro vulgari διελᾶν δεσμούς τινι, *vincula immittere circa corpus* dicitur διελᾶν δεσμοῖς τινα) κίονι, ἐν κίονι. Apud Homer: δόρυ διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε. οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι.

532. 3. Reiecta est, vt video, haud dubie idoneis de caussis, Robinsoni lectio. ταῦτ' ἄρα pro διὰ ταῦτα non bene damnabat Graevius. καί περ χωόμενος accipiendum erit καὶ, χωόμενός περ, π. Quod sequitur de disceptatione Sicyone facta inter deos et mortales, videtur nihil aliud quam commentum esse poetae veteris ad exornandam enuntiationem: Promethum fuisse sapientissimum, seu, quod idem tum erat, callidissimum, qui adeo ipsum Iovem sagacitate vinceret. Declarata res exemplo, id quod poeta dignum erat; et quidem optione adipis et ossium victimae proposita. In hanc quidem facile incidere potuit poetae ingenium, qui videret victimarum carnes omento involutas arae imponi. Neque illud alienum a prisca simplicitate, vt disceptationem ac iudicium institutum memoraret, quo liqueret, vter altero sapientia et ingenio praestaret, Iupiter an Prometheus. At Schol. institutam disceptationem narrat de tutela hominum et vrbium, quibus diis mandata ea esset. Sic accipio verba: ἐν τῇ Μηκώνῃ ἐκρίνοντο, τίνες θεοὶ τοὺς ἀνθρώπους λάχοιεν μετὰ τὸν πόλεμον.

537. Assentior Guieto scribendum esse: τῇ μὲν γὰρ et τῇ δ' αὖτ': *altera parte* carnes et adipem corio victimae conditam, *altera parte* ossa omento obducta apposuit Prometheus. γαστὴρ βοείη est ipsum corium, ῥινός.

551. Iupiter bene intelligebat, Prometheum fraudulenter secum agere, (nam ipsam fraudem non perspexit) et propter hoc ipsum succensebat non modo Prometheo, sed toti generi humano. At, quae v. 556. 7. adiiciuntur, non assequor; ossa enim victimarum in aris vsquam concremata fuisse, legere non memini; μηροὶ et prosiciae adolentur involutae omento; suspectosque adeo versus habeo. Facta autem superiora ante ignem inuentum, vt ex sqq. intelligitur. Saltem fabulas diuersas in hunc modum conglutinauit poeta.

582. In Ald. omisso πολλὰ legebatur: κνώδαλα, ὅσσ' ἤπειρος τρέφει, corrupto metro. Nec aliter Iunt. Farr. At Trincavell.

cavell. κνώδαλ' ὅσσ' ἤπειρος πολλὰ τρ. In ed. Pariſ. ap. Iac. Bogardum 1544. alio modo verſus conſtitutus eſt: κνώδαλα, ὅσσα περ ἤπειρος τρέφει; ex ingenio editoris puto.

590. Locum truncatum, aliis omiſſis, aliis inſertis, eſſe, narratarum rerum ordo ſatis docet. Quae exciderunt, legi poſſunt in Ἔργοις, loco parum commodo, v. 54 ſqq. nec multum abeſt, quin ſuſpicer ea ad h. l. eſſe retrahenda, ex parte ſaltem inde a 83. verſu, temere ibi in margine libri adſcripta antiqui, e quo reliqua exempla fluxere. Quod ἐκ τῆς γὰρ — e Pandora muliebre genus ortum duxiſſe dicitur, vix ab antiquo poeta proficiſci potuit. Etiam alterius verſus otioſum prorſus hemiſtichium: τῆς γὰρ ὀλώϊον ἐστὶ γένος; ita vt ſuſpicari liceat, verſum 590. ſerius fuiſſe praefixum. Mox μετ' ἀνδράσι ναιετάουσι iunctim accipiendum erat, *inter homines in terra degentes.*

603. Impedita quae ſequitur ſententia ex collocatione et nexu verborum. Guietus vidit et interpungere iuſſit: ἕτερον δὲ πόρεν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο, (ſc. ἐκείνῳ) ὅς κε — ἵκηται, χήτει γηροκόμου: (vt ſit διὰ χῆτος, *per hoc ipſum, quod non habet qui ſe fenem foueat.*) Ad vulgatam interpunctionem forte lenior ordo: ὅς κε — ἵκηται, χήτει γηροκόμοιο ὅδ', οὗ βιότου ἐπιδευὴς, ζώει· h. e. ἓν χήτει ζώει: *viuit ille, etſi opum non egenus, tamen ſine ſedula cura et miniſterio alterius.* Mox 609. τῷ δὲ ἀπ' (ſ. forte τῷ δ' ἐπὶ h. διὰ) αἰῶνος τὸ κακὸν ἀντιφερίζει ἐσθλῷ ἔμμεναι (ὥστε παρεῖναι αὐτῷ) *perpetuo ipſi adeſt malum cum bono mixtum.*

613. παρελθεῖν eſt παραδραμεῖν.

641. Forte πάντων τ' ἐν σ. Paullo ante oratio expeditior eſſet, ſi cum v. 634. abeſſent quoque 635. 6. οἵ ῥα — συνεχέως ἐμάχοντο — In v. 643. δὴ τότε τοῖς iht. Briareum, Cottum et Gygen ſ. Gyen: nam vſ. ſqq. eos alloquitur.

656. Si περὶ δ' ἔσσι νόημα ex iudicio correctum legitur, neceſſe erit refingere quoque πραπίδας.

682. ἴνοσις — ποδῶν videtur iungenda; ita melius procedunt reliqua, quae subiiciuntur.

700. εἵατο (ἔδοξεν) δ', (ὥστε) ἅντα ὀ. ἰδεῖν ἠδ' ο. ο. ἀκοῦσαι, αὕτως, ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν πίλνατο. τοῖος γὰρ etc. *adspectu et auditu, videbatur res ita se habere, ac si coelum et terra miscerentur: talis enim ingens fragor futurus esset, si inter se corruerent.* Ita accipienda haec; alias γάρ κε vitiosum esset. ὀρώρει κε pro ἄν, mox μέγας ὑπὸ in ed. Trincav. et ed. Paris. 1544. In hac quoque v. 725. ἦκοι. Versus autem 705. prorsus ex superioribus confictus et otiosus est.

727. Mos Hesiodeus postulat δειρὴν πέρι. Ceterum quae inde a 729. ἔνθα θεοί ad v. 745. sequuntur, passim a serioribus rhapsodis amplificata esse suspicari licet. Cohaerent inter se tantum illa: quod *Tartarus muro aheneo cinctus est, eiusque pinnacula tenebrae obsident, supra eum vero terrae et maris fundamenta seu radices sunt:* — 728. *eodemque in loco Noctis domus.* 744. 5. Nam mera repetitio e superioribus est in vss. 729 — 733. 736 — 744. In vltimis καὶ Νυκτὸς ἐρ. οἰκία δεινὰ ἔστηκεν parum commode dictum est, cum saltem repetitum esse deberet ἔνθα: *eodem quoque in loco* Noctis aedes sunt; vt 758. *eodem in loco* Somnus et Mors domos habent, et 767. Hades et Proserpina et Styx. Ceterum ex his ad intelligendum in promtu est, *Tartarum* antea locum *Hadae* obtinuisse, cui mox *Pluto* successit. Virgilius Tartarum ab Elysio seiunctum in locis inferis collocauit, sceleratorum sedem: Aen. VI, 548. sq. vbi v. 577 sq. et in Exc. p. 658.

748. ἆσσον ἰοῦσαι iam in ed. Par. 1544. expressum video, ex emendatione puto, seu Homeri exemplo. Sed ἀμφὶς ἰοῦσαι recte se habet, *vtrinque accedunt*, vnaquaeque pro se, a diuersis partibus.

778. 9. ἀμφὶ δὲ — ex more rudis sermonis pro: κατηρεφέα καὶ ἐστηριγμένα κίοσιν.

780.

781. ἀγγελίης sc. ἕνεκα; nec mutandum in ἀγγελίῃ. *Styx* autem dea fontis et fluvii putanda est, eodem modo *vt Nympha aliqua.* Incolit illa antrum, e quo fons scaturire putandus est, mox loca infera subiturus. Primo honos habitus deae, vt per eam iuraretur, sup. v. 400., postea sollennius factum, vt per eius aquam iuraretur: quam adeo afferri ad deos narrat poeta, quoties iurandam sit. In 783. Trincav. ὅς κε ψεύσηται. Ed. Par. ὅς κε ψεύδηται, melius quam vulgo.

793. Aut ἐπίορκος scribendum cum Guieto, aut ἐπίορκον ἐπομόσῃ iungendum, *qui peieraverit.*

801. ἀπομείρεται. Occurrit sane et in Ἔργ. 578., sed ibi est *vindicat sibi, sortitur.* At h. l. est ἀποκεχώρισται, quod est ἀπαμείρεται, v. Etymol. et Hesych. h. v. Et sic ed. Trincav. Par.

804. Iure recepta est Ruhnkenii correctio εἰρᾶις. Habuisset tamen εἰρὰς non minus locum, respectu alterius ἐς βουλήν.

807. Manifestum ex hoc et aliis locis fit, tum cum colligerentur Hesiodi carmina et scripto traderentur, diversas fuisse non modo lectiones, sed et tractationes interdum eiusdem loci, a Rhapsodis recitare solitas. Haesisse in his eos, qui primi perscriberent carmen, necesse est; qui vt se expedirent, plures, etsi diversas, eiusdem loci recitationes simul adscripsere. Cum versu 812. cf. Il. Θ, 15.

823. Ex sollenni more grammatico accipiendum erit οὗ χεῖρες ἐπέχουσιν ἔργματα ἰσχύι, *manus occupatum habent robur suum rebus agendis*: pro ἰσχὺς τῶν χειρῶν (h. χεῖρες ἰσχυραί) ἐργάζονται. Proprie *viribus res quas efficiant admovere*, ἐπέχειν ἰσχύι ἔργον. Quod si, vt est, durius videatur, saltem tenendum hoc: ἔργματ' ἔχουσαι esse ἐργαζόμεναι, et ἐπ' ἰσχύι pro σύν, hoc est, ἰσχυρῶς. Obscurum est, vtra ratio an alia melior sequenda sit.

831. Guietus delet versum. Insolens sane illud: ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, pro ὥστε θεοὺς συνιέναι. Ergo supplendum: ὥστε θεοῖς ἐξεῖναι, συνιέναι.

846. πρηστήρων. Versum suspectum habebam, quia ὑπ' ἀμφοτέρων non habet quo referatur, nisi in altero versu primo βροντῆς στεροπῆς τε, tum constituas ἀπὸ πυρὸς τοῦ πελώρου, *ab igni, quem monstrum spirabat.* Ita sane abundant *venti praesteres*, per se quidem satis appositi, *et fulmina.* At praestat, quod in Scholio reperio, ὑπ' ἀμφοτέρων, ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῶν κεφαλῶν τοῦ Τυφωέος, τοῦ μὲν διὰ τὰς βροντὰς, τοῦ δὲ διὰ τὰ πνεύματα. Ita bene se habent omnia. Post Olympum et terram v. 842. 3. mare subiicitur 844., quod *aestus peruadit e tonitru, fulgure, ab igni quem monstrum mouebat*, καὶ ἀπὸ πρηστήρων, *ab ignitis ventis et fulminibus.* Tale καῦμα sup. 700.

855. πλῆξε sc. σὺν τούτοις τοῖς ὅπλοις τὸν Τυφωέα: vnde mox ille ἄναξ πληγεὶς ἐν οὔρεος βήσσῃσι. Cuius flammae, proxima quaeque arripientis, afflatu ipsa terra incendia patitur.

867. Versum ὥς ἄρα spurium esse, sagaciter animadvertit Ruhnken. V. C.

872. μαψαύραι h. l. grammaticorum acumini relinquam. Ipse locus requirit αὔρας, ventos qui per mare feruntur *passim*, μαψ ἐπιπνείουσι.

882. καὶ ἐκρίναντο τοῖς Τ. βίῃ (h. e. μάχῃ, ἐμάχοντο) τιμῶν ἕνεκα. Supra 847. erat νίκης καὶ κράτεος πέρι.

889. *Metidem* iam vtero gerentem deuorauit Iupiter, ne quod ex illa nasceretur, si puer futurus esset, regno se deiiceret. Cf. Not. in Apollod. p. 38. et 1396. vbi de interpolatione huius loci apud Chrysippum egi, quam iam attigeram in Comment. de Theogonia p. 152. Alios scriptores rem hactenus mitigasse suspicor, vt Iovem sine congressu Metidem edidisse partu dicerent. Apud Clement. Homil. V, 12. saltem: τὴν Μῆτιν γὰρ χωρὶς τῆς πρός τινα μίξεως ἀποκυΐσκει, ὡς καὶ Ἥρα τὸν Ἥφαιστον.

892. Ex more scriptum fuisse suspicor: Τὼς γάρ οἱ φρασάτην. Et sic ed. Ald. Iun. Farr. Item 895. legere praestat

πρω-

πρώτην μὲν κούρην. Ald. et Iunt. πρώτην μὲν γὰρ habent. Alienum a ſententiarum nexu eſt γάρ.

934. Φόβον καὶ Δεῖμον recte vertam *Fugam et Terrorem*, qui fugam facit, fugat. Aliter tamen Virgil. accepit Aen. IX, 719. *Fugam — atrumque Timorem.*

954. 5. Iungenda ſunt ναίει ἐν ἀθανάτοισι. In v. 956. Ruhnkenius e MS. Reg. protulit κλυτὸς Ὠκεανίνη, haud dubie doctius. In 961. vix recte ſe habet metrum: ἡ δέ οἱ Μηδ. Leg. ἡ δέ νύ οἱ, vt in ed. Par. expreſſum.

A v. 965. *novi carminis* initium fieri putandum. Sequebatur nunc ἡρωογονία, quae complectebatur primum *natos ex deabus*, quae cum mortalibus congreſſae erant, — ad 1019. tum *prognatos e mulieribus mortalibus*, quae cum diis erant congreſſae. Haec altera pars interiit; niſi pars eius ſupereſt, *Clipeus Herculis.*

979. De *Iaſio* cf. ad Apollod. p. 736. De *Cephalo* v. 986 ſqq. v. ibid. p. 822.

1001. *Medeum* ſeu *Medum* ex Aegeo natum tradunt alii, vt Apollod. I, 9, extr. Iaſonis tamen filium cum Eriopide filia etiam Cinaethus eum ediderat: ap. Pauſ. II, 3. Illud vero prorſus inauditum, quod Medeus a Chirone nutritus dicitur. De Iaſone vulgo alii idem tradidere.

1003. Αὐτὰρ Νηρηΐδες κοῦραι ed. Par. 1544. ex correctione; debebat ſaltem Νηρεΐδες. Paullo ante Φιλυρίδης eſt accipiendum, ac ſi Φιλλυρίδης expreſſum eſſet.

1014. μυχῷ νήσων ἱεράων non poteſt eſſe, quod Clericus volebat, *procul a receſſibus inſularum*, in continenti ſcilicet; ſed eſt, *in inſulis*; et dicendum, parum accuratam notionem locorum habuiſſe veterem poetam, qui Circes inſulam norat, et in Tyrrheno mari alias littori praetexi inſulas. In terris autem remotis maxime celebritatem nanciſci ſolent loca maritima cum inſulis, vtpote acceſſu faciliora quam interiores terrae. Inter v. 1013. et 14. Ruhnkenius, doctiſſimus vir, in MS. Pariſ.

Pariſ. invenerat verſum, ſed turpiter claudicantem, vt, ſpurium eſſe, ſatis appareret: Τηλέγονόν τ' ἔτεκε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην (ſaltem Τηλέγονόν τε γ' ἔτικτε δ.)

Subieci his Notulis *tabulas genealogicas* ad Theogoniam Heſiodeam comparatas, ſimiles iis, quas in Apollodorum concinnavi, quarum magnam eſſe vtilitatem vſu et experimento comperi.



TABV-

TABVLAE GENEALOGICAE

h. e. STIRPS DEORVM ET HEROVM

SECVNDVM HESIODVM.

Ab initio fuere Chaos, Terra, Tartarus, Eros, v. 116.

TAB. I.

Chaos

Erebus cum *Nocte*

Aether. Dies 123 — 5.

Nox sine coniuge 211 — 225.

1) Μορος, Κηρ, Θανατος, Ὑπνος, Ονειροι 211. 758.
2) Μωμος, Οιζυς.
3) Hesperides.
4) Μοιραι, Κηρες. (Poenae)
5) Νεμεσις, Γηρας, Εριs. 226-231.

Πονος, Λήθη, Λιμος, Αλγεα, Ὑσμιναι, Φονοι, Μαχαι, Ανδροκτασιαι, Νεικεα, Ψευδεις λογοι, Αμφιλογιαι, Δυσνομια, Ατη, Ὁρκος.

TAB. II.


Terra
Uranus.
132—153.
Coelum. Montes. Pelagus. (Pontus.)
f. Ουρανος. 126—132.
1. Oceanus. Coeus. Crius. Hyperion. Iapetus.
v. Tab. IV. Tab. V. Tab. V. Tab. V. Tab. VII.
Thia. Rhea. Themis. Mnemosyne Phoebe. Tethys.
Tab. V. Tab. VI. e Iove Tab. V.
Musae
Tab. VI.
Cronos. Tab. VI.
2. Cyclopes.
3. Centimani: Cottus. Briareus. Gyges. 147. 617. sq.
Omnes dicti Titanes 207—210. 630 sq.
* * *
Ex Urani sanguine a Terra excepto 183—206.
Erinnyes. Gigantes. Nymphae Meliae. Venus—Mars.
* * *
Terra—Tartarus.
Typhoeus 821 sq.
ex quo
Venti procellosi. 869 sq.
Φοβος. Δειμος. Harmonia
933—7. ex
—Anchises. Cadmo.
Aeneas
1008—10.
Ino. Semele. Agaue.
Autonoe Aristaeo nupta.
Polydorus 976—8.


Pontus v. Tab. II.
Terra.
Doris
Nereus 233.
Tab. IV.
Nereides L.
240—264.
in his Amphitrite
Neptunus
930. Tab. VI.
Electra
Thaumas.
Tab. IV.
Iris.
265. 6.
780. 4.
Harpyiae
267-9.
Phorcys
Ceto.
Eurybia.
Tab. V.
Graeae.
270-3.
Gorgones tres 276.
in his
Meduſa
ex Neptuno 278.
Draco Heſperidum
333-6.
Pſamathe
Aeacus.
Phocus 1004. 5.
Thetis
Peleus.
Achilles 1006. 7.
Chryſaor
Callirrhoe.
281. 979-983.
Tab. IV.
Geryon.
287.
Echidna
295.
Typhaon,
306.
Echidna
Orthrus.
309.
Cerberus.
310.
Hydra.
313.
Chimaera.
319.
Sphinx.
Leo Nemeaeus
326—332.

TAB. IV.

Oceanus — Tethys. Tab. II.

Fluvii
337—345.
367—370.

Nymphae Oceaninae
346—366.
In his

Doris ◡ *Nereus* 241.
350. Tab. III.

Electra ◡ *Thaumas* 265.
349. Tab. III.

Callirrhoe ◡ *Chrysaor* 288.
351. Tab. III

Styx ◡ *Pallas*
361. 775. Tab. V.

Clymene ◡ *Iapetus*
351. Tab. VII.

Eurynome ◡ *Iupiter*
358. Tab. VI.

Perseis ◡ *Sol.*
356. Tab. V.

TAB. V.

Alii *Titanes*.







TAB. VI.

Cronos minimus natu Titanum 137. Tab. II. ⌣ Rhea 453 sq. Tab. II.

Vesta c. ex Iove Iasio 912. | Ceres | Juno | Hades ⌣ *Proserpina.* 768. 912-4. | Neptunus v. mox. | Iupiter v. mox.

Vulcanus 927. duxit Aglaiam 945.

Plutus 969-974.

* * *

Iupiter ⌣ 1. *Metis* 886.
Athene.

—— ⌣ 2. *Themis.*
Horae 901. Moerae 904.

—— ⌣ 3. *Eurynome* Tab. IV.
Charites 907-911. ex his Aglaia c. *Vulcano* 945. 6.

—— ⌣ 4. *Ceres.*
Proserpina ⌣ Aidoneus s. Hades 912-4.

—— ⌣ 5. *Mnemosyne* Tab. II.
Musae 915 7

—— ⌣ 6. *Latona* Tab. V.
Apollo. Diana 918-920.

—— ⌣ 7. *Iuno.*
Hebe. Mars. Ilithyia 921-3.
(c. Hercule 950-5.)

—— ⌣ 8. *ex se* sustulit
Athenen s. Minervam 924. 886 sq.

—— ⌣ 9. *Maia.*
Mercurius 938-9.

—— ⌣ 10. *Semele.*
Dionysus 940-2. c. *Ariadne* 947.

—— ⌣ 11. *Alcmena.*
Hercules 943. 4. c. *Hebe* 950.

* * *

Neptunus ⌣ *Amphitrite* Nerei f. 243. Tab. III.

Triton 930-3.

Tab. VII.

Iapetus Tab. II. — *Clymene* 507.

Atlas. Menoetius. Prometheus. Epimetheus.

509. 746.

Maia — *Iupiter.* 938.

Mercurius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Vſ. 323. 4. Diverſam h. l. haberi deſcriptionem Chimaerae ab illa Homerica, vidit quoque Euſtath. ad Il. ζ. p 634. l. 38., ubi ab Heſiodo ait monſtrum triceps ſingi; vt hos duo verſus et ipſe vel non legerit, vel lectos pro ſpuriis habuerit. Paullo ante pro τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφ. ex MS. Bodlei. adfertur τῆς δ' αὖ τρ. κ. Sed doctiorem rationem confirmat praeter alios Schol. Sophocl. ad Trach. v. 529.

v. 396. corrigendum ἦ θέμις —

v. 511. item leve vitium emendandum, et ſcrib Ἐπιμηθέα.

v. 556. ſq. Spectat huc Apollonii gloſſa in Lex. Hom. Μηρία. Οὐχ' ὡς ἡμεῖς, ἁπλῶ τὰ ἐκ τῶν μηρῶν ἐξαιρούμενα καὶ ἱεροθυτούμενα. Ὁ δὲ Ἡσίοδος τὰ περὶ τὴν μεγίδα τῶν ὀστέων μυθικῶς διαπλάσσει. Parum tamen haec nos iuvant; et me quoque valde exercuit locus Heſiodi, in quo, quod aliunde non didiceram, oſſa aris deorum impoſita narrantur. Niſi morem hunc ad antiquiſſima tantum tempora retrahendum eſſe dicamus, nihil omnino reliquum video, quam vt *oſſa* accipiamus *carnibus undique et adipe obducta*. Quisquis enim verſuum horum auctor ſit, difficultatem ſuam retinet ſententia.

v 656. Scribendum utique πέρι μὲν πρωπίδας, πέρι δ' ἰσαι ν.

v. 669. corrig. Ἐρίβευσφιν.

v. 801. θεῶν ἀπομείρεται α. ἑόντων. Aliam ſcripturam exhibet Trincav. ἀπαμείρεται, eamque tamquam genuinam in Theſauro ſuo agnoſcit H. Steph. Sane ab antiquis Grammaticis videmus diſtingui ἀπομείρομαι et ἀπαμείρομαι. Euſtath. vero non ſenſu, ſed ſcriptura modo utrumque verbum differre putat ad Il. φ. p. 1243. l. 23., ubi noſtrum locum reſpicit.

v. 974. Scrib. ὄλβον.

Caetera, ſi qua inſunt, vitia typothetae, in notis iam emendata reperies.

MAG. 2070267